

www.e-rara.ch

Band 5

Commentariorum Hieronymi in Epistolam ad Galatas liber tertius

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

A congregata est. Vnde & Apostolus: Videte (inquit) uocationē uestram fratres: quia non multi sapientes scdm carnem, non multi potentes, nō multi nobiles: sed quæ stulta sunt huius mundi elegit deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia. Et ignobilia huius mundi, & contemptibilia elegit deus, & quæ non sunt: ut ea quæ sunt, destrueret. Quia enim ex creaturarū ordine, uarietate, cōstantia, non cognouerat mundus per sapientiam deum, placuit deo per stulticiā prædicationis, saluos facere credentes. Non in sapientia uerbi, ut nō euacuaretur crux Christi. Vbi enim sapiens, ubi grammaticus, ubi causarū naturalium scrutatores? Nec in persuasibilibus sapientiæ uerbis, sed in ostensione uirtutis & spiritus: ut fides credentium non esset in sapientia hominum, sed in uirtute dei. Quamobrem & ipse Apostolus ad eosdem Corinthios loquebatur: Et ego ueniens ad uos fratres: ueni non per sublimitatem sermonum & sapiētiæ, annuncians uobis testimoniū domini. Non em̄ iudicaui scire me aliquid inter uos, nisi Christum Iesum & hunc crucifixū. Et ne forsitan putaret hæc dicens, esse insipiētiæ prædicator: mente præfaga, quod opponi poterat, euerit. Sed loquimur (inquit) dei sapiētiā in mysterio: quæ abscondita est, quam nemo principum huius sæculi cognouit. Quotusquisq; nunc Aristotelem legit, quanti Platonis uel libros nouere, uel nomen. Vix in angulis ociosi eos senes recolunt. Rusticanos & piscatores nostros, totus orbis loquitur, uniuersus mundus sonat. Itaq; sermone simplici, simplicia eorum uerba pandenda sunt. Verba inquam, non sensus. Cæterum si orantibus uobis, illum possim in exponendis epistolis eorum habere spiritum, quem illi in dicendo habuerunt: tunc uideritis tantam maiestatem & latitudinem in his ueræ fuisse sapientiæ, quanta in sæculi literatis, arrogantia & uanitas fuit. Breuiter uobis meæ mentis fateor arcanū: Qui per me intellecturus est Apostolum, nolo ut mea scripta difficulter intelligat: & ad interpretem cognoscendum, alium quærat interpretē. Sed iam tempus est ut reliqua persequamur.

COMMENTARIORVM HIERONYMI
IN EPISTOLAM AD GALATAS
LIBER TERTIVS.

B Arrabatis bene / quis vos impediuit ueritati nō obedire. Id quod nunc latinus posuit in terpres:



ueritati nō obedire, & in græco scriptum est: τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι: in superiori loco ita interpretatus est, non credere ueritati. Quod quidem nos in uetustis codicibus nō haberi,

in suo loco annotauimus: licet & græca exemplaria hoc errore confusa sint. Sensus autem iste est: Adorabatis patrem in spiritu & ueritate: & de plenitudine Christi accipientes, sciebatis, quia lex data est tñ populo per Moysen, & non etiam facta. Gratia autē & ueritas non solum data, sed & facta per Iesum Christum. Cum igitur tam bene curreretis, ueritati magis q̄ imaginibus seruientes: a quo p̄pediti doctore peruerso, umbram legis sequimini, & euangelij relinquitis ueritatē: Sequit̄: b̄ c̄. **Nēmini cōsenseritis.** Sed quia nec in græcis libris, nec in his qui in Apostolum cōmentati sunt, hoc scriptum inuenimus, prætereundum uidetur. c̄. **Persuasio uestra nō est ex eo qui uocauit uos.** In latinis codicibus ita scriptum repperi: Persuasio uestra ex deo est, qui uocauit uos. Qd̄ quidem puto, ex eo, fuisse: & non intellectum, paulatim ob similitudinē ex deo, increbuisse pro eo qd̄ est, ex eo. Sed nec sic potest stare sensus: ut quos modo accusauerat quare nō obedierint ueritati, ostendens in eorum arbitrio positum, uel obedire, uel non obedire: nunc e contrario asserat persuasionem & obedientiam eorum: non tam ex ipsis esse qui uocentur, q̄ ex eo qui uocet. Melius igitur & uerius sic legitur: Persuasio uestra non est ex eo qui uocauit uos. Aliud quippe dei opus est, aliud homi-



Arrabatis bene: quis vos impediuit ueritati non obedire. Nēmini consenseritis. Persuasio uestra non est ex eo qui uocauit uos. Modicū fermentum totam conspersionem fermentat.

Ego confido

num. Dei opus est uocare: hominū, uel credere, uel non credere: Et sicubi alibi de scripturis liberū hominis affirmatur arbitrium, ut ibi: Si uolueritis & audieritis me: Et iterum: Et nunc israel quid petit ad te dñs deus tuus: & ex hoc loco uel maxime comprobat̄. Verum simplicio-

Exo. 19. a
Deut. 10. c

res quicq; putantes se deferre deo, ut per suasio quocq; nostra in ei⁹ sit potestate: abstulerūt partē orationis, nō: & sensum contrariū apostolo reddere. Siue ergo in bonam, siue in malam partē: nec deus, nec diabolus in causa est:

quia persuasio nostra non est ex eo qui uocauit nos, sed ex nobis: qui uel cōsentim⁹, uel nō cōsentimus uocanti. Aliter: Persuasio hæc quā nunc sequimini: nō est ex deo qui in principio uos uocauit, sed ex his qui uos postea turbauerūt. **Modicū fermentū totam cōspersionē fermētat.** Male in nostris codicib⁹ habet̄: modicū fermentum totā massam corrumpit: & sensum potius interpret suū, q̄ uerba Apostoli transtulit. Hac autē ipsa sententia Paulus & ad Corinthios utit̄: ubi præcepit eū qui uxore patris sui habebat tolli de medio: & tradi poenitentia in interitū & uexationē carnis, per ieiunia & agrotationes: ut spūs saluus fiat in die dñi nostri Iesu christi. Ait quippe: Non bona gloriatio uestra. Nescitis quia modicū fermentū totā massam corrumpit: siue ut iam emēdauim⁹, totam cōspersionē fermētat: Et statim intulit: Expurgate uetus fermentū: ut sitis noua cōspersio, sicut estis aymis: etem̄ pascha nostrū imolatus ē christus. Itaq; epulemur nō in fermēto ueteri, neq; in fermēto malitiæ & nequitia, sed in aymis sinceritatis & yitatis. Nūc autē p̄ hanc eandē sententiā docet panē eccl̄iæ spirituale, q̄ de celo descēdit, nō debere iudaica interpretatiōe uiolari: & dñs idipsum discipulis præcepit: ut caueant a fermento pharisæorū. Qd̄ euāgelista manifest⁹ faciēs addidit: Dixerat autē eis

1. Cor. 5. b

Matth. 16. a

q 4 de doctrina

Commen. Hieronymi liber tertius

E de doctrina pharisorum. Porro quæ est ista alia doctrina pharisorum, nisi legis secundum carnem observatio? Sensus itaque iste est: Nolite putare paucorum hominum, qui de iudæa uenientes aliud docent, insidias contemnendas. Scintilla res parua est: & pene dum cernitur, non uidetur: sed si fomitem comprehenderit, & nutrimenta sui quis paruus ignis inuenit, moenia, urbes, latissimos saltus, regionem consumit. Fermentum quoque cuius ad aliam partem in euangelio parabola temperata est, res modica uidetur & nihili: sed cum farinae con-

persum, totam massam suo uigore corruperit: in illius uim transit omne quod mixtum est: ita & doctrina peruersa ab uno incipiens, uix duos aut tres primū in exordio repperit auditores: sed paulatim cancer serpit in corpore: & iuxta uulgare prouerbum, unius pecudis scabies, totum comaculat gregem. Igitur & scintilla statim ut apparuerit, extinguenda est: & fermentum a massæ uicinia semouendum: secunda putridæ carnes, & scabiosum animal a caulibus ouium repellendum: ne tota domus massa, corpus, & pecora ardeat, corrumpat, putrescat, intereat. Arius in Alexandria una scintilla fuit: sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est.

Ego confido in uobis in domino: quia nihil aliud sapietis. Non per coniecturam, ut quidam uolunt, sed prophetico spiritu Paulus pronunciat Galatas ad ueritatis uiam quam amiserant regressuros. Etenim qui alios hortabatur ut æmularentur charismata: magis autem ut prophetaret: ipse quoque eadem plenus gratia loquebatur. Et ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Prouidens igitur spiritu: quia nihil aliud essent credituri, nisi quod per epistolam docebant, ait: Ego confido in uobis in domino quod nihil aliud sapietis. Nam & additio dominici nominis, id ipsum significat. Si enim per coniecturam hoc æstimabat, potuerat dicere: Ego confido in uobis. Nunc autem apponens, in domino: diuino quodam confidens spiritu: quod futurum cognouerit, prophetauit. **Q**ui autem conturbat uos: portabit iudicium quicumque est ille. Occulte inquit Petrus lacerat, cui super in faciem restitisse se scribit: quod non recto pede inceserit ad euangelij ueritatem. Sed nec Paulus tam procaci maledictione de ecclesiæ principe loqueretur: nec Petrus dignus, qui conturbat ecclesiæ reus fieret. Ex quo arbitrandum est de alio quodam dici: qui aut cum apostolis fuerat: aut de iudæa uenerat: aut ex pharisæis crediderat: aut certe magnus sit apud Galatas æstimatus: ut portet iudicium ecclesiæ conturbatæ, quicumque est ille. Portare autem iudicium, id est quod alijs uerbis insequentibus dixit: Unusquisque proprium onus portabit. Et puto in scripturis, onus, & in bonâ, & in malâ partem posse accipi: hoc est, & in his qui peccatis grauius opprimuntur: & in illis qui uirtutum leuia onera sustentant. De

ps. 37. a peccatis in psalmo poenitens loquitur: Iniquitates meae eleuatae sunt super caput meum: quasi onus graue grauatæ sunt super me. De uirtutibus, doctrinaque uirtutum

Matt. 11. d saluator ait: Iugum enim meum suauis est: & onus meum leue est. **Q**ui autem & doctrina pro onere accipiat, perspicuum fit in euangelio: Alligant quippe pharisæi onera grauiâ, & quæ portari non possunt: & superponunt ea super humeros hominum: ipsi autem uno ea digito nolunt contingere. **Q**ui graue sit aliquod de tranquillitate turbare: & serena corda hominum quibusdam quasi fluctibus concitare, saluatoris ad apostolos uerba testantur, dicentis: Ne conturbetur cor uestrum, neque timeatis. Expediit quippe ei qui conturbat & scandalizat quæpiam in ecclesiâ: ut lapis molaris circundet collo eius, & mittat cum eo in mare: quod ut scandaliget unum de his minimis, qui a saluatore mon-

Iob. 14. d strantur. Turbati ergo fuerant Galatæ inter spiritum & literam, circumcisionem & concisionem, iudaismum occultum & manifestum, quid agerent ignorantes. Breuius autem & sic accipi potest. Quicumque est ille qui uos ad pharisorum doctrinam retrahit, & in carne desiderat circumcidi: quis sit eloquens: & in legis eruditione se iactet: nihil amplius dico, nisi hoc quod etiam uos abnuere non potestis: quod portabit pro hoc opere iudicium: & consequetur pro suo labore mercedem. **E**go autem fratres si circumcissionem prædico etc. Legimus in actibus apostolorum, ipse quoque apostolus Paulus in epistolis suis sæpe commemorat, se a iudæis persecutiones

herissimas sustinuisse: propterea quod doceret eos qui de gentibus crediderant in christo, non debere circumcidi. Hi itaque de quibus supra ait: Qui autem conturbat uos, portabit iudicium quicumque est ille: ut deciperent Galatas, etiam hoc addebant: Non solum Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & ceteri in iudæa apostoli, circumcisionem, & alia præcepta legis obseruant: sed ipse quoque Paulus qui uos aliter docuit, quod se rei ueritas habet, Timotheum circumcidit: & iudæis frequenter iudæus factus est, ueritate con-

gente. Quam opinionem de Galatarum mentibus Paulus nunc uolens tollere, ait: Ego autem fratres si circumcissionem prædico, quid adhuc persecutionem patior? Omne (inquit) in me odium iudæorum, & qua aduersum me fuerunt infania: ob nihil aliud est, nisi quod doceo gentes non debere circumcidi: & legis onera superflua & iam abolita custodire. Cum autem persecutionem patiar, manifestum est me circumcisionem non prædicare quam destruo. Non enim tam persecutionem patior a iudæis, quia prædico crucifixum: & Iesum dico esse Christum, quæ lex & prophetæ prænunderunt, quæ quia doceo legem esse completam. **Q**ui autem crux iudæis scandalum sit, gentibus stulticia, ipse dominus noster ostendit: qui lapis dicitur offensio- nis, & petra scandali: propter nihil aliud puto, nisi quia prædicatio cum plenius uelis ad audientes processerit: statim ut ad crucem uenerit, impingit: & nequaquam libero cursu potest ultra procedere. Sed hæc crux quæ apud iudæos scandalum est, & apud gentes stulticia: nobis qui credimus, uirtus est & sapientia. Christus enim dei uirtus est & dei sapientia: ut propter id quod stulticia dicebatur, fatuum dei sapientius fieret hominibus: & propter id quod infirmitas & scandalum, infirmum dei fortius fieret hominibus. Cum autem (inquit) crucis Christi scandalum maneat: & ego persecutionem patiar, quam non paterer si scandalum non maneret: frustra quidam iactant me circumcisionem prædicare, quæ impugnando sustineo persecutionem.

Utinam et abscindantur qui uos conturbant. Quæritur quomodo Paulus discipulus eius qui ait: Benedicite maledicentibus uobis: Et ipse loquens: Benedicite, & nolite maledicere: Et in alio loco: Neque maledici regnum dei possidebunt: Nunc & maledixerit eis, qui ecclesias Galatiæ conturbabant: & cum optantis uoto maledixerit: Utinam & abscindantur qui uos conturbant. Tam enim detestanda abscisionis est passio: ut & qui inuitis eam intulerit, legibus publicis puniatur: & qui seipsum castrauerit, infamis habeatur. Ut enim illud (aiunt) uerum sit: Viuit in me Christus: & hoc: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus: certe maledictionis uox non potest eius intelligi, qui dicit: Discite a me, quia humilis sum, & mitis, & mansuetus corde. Et magis putatur iudaico furore, & quadam effrenata infania se non potuisse cohibere, quam imitatus esse eum qui tanquam agnus coram tondente se, non aperuit os suum: & maledicentibus non remaledixit. Tradidit autem se morti condemnatus. Ad quod qui pro Paulo respondebit, hæc dicet:

G

Matt. 18. a

H

1. Cor. 14. d

Roma. 12. c

1. Cor. 15. d

2. d

2. Cor. 13. a

Matt. 11. d

A hac dicit: non tam furoris in aduersarios, q̄ dilectionis in ecclesias dei uerba esse quā locutus sit. Videbat quip̄ pe totam prouinciam, quam ipse suo sanguine & periculis ab idololatria, ad Christi transduxerat fidem, subita persuatione turbatam: & dolore apostolico, dolore patris se tenere nō pote-
rat: mutabat uocem: & quibus blanditus fuerat, irascebatur: ut quos nequiuerat lenitate, saltē obiurgatione retineret. **Nec** mirum esse si Ap̄us ut homo, & adhuc uasculo clausus infirmo, uidensq̄ aliā legē in corpe suo captiuantē se, & ducentem in lege peccati, semel fuerit hoc locutus: in q̄ frequēter sanctos uiros cadere perspicimus. Sed & illud dici potest: licet superfluum quibusdā esse uideat: q̄ Paulus nō tam maledixerit eis, q̄ orauerit p̄ illis: ut eas partes corporis perderēt, per quas delinquere cogebant. Et quōd in euāgelio dictū est: melius esse aliquē sine oculo & sine manu, & sine pede, & qualibet alia parte membrorū intrare in regnū cōlorū, q̄ totū ire in gehennā: ita & nūc optare eis magis unā partē corporis perdere, q̄ per occasionē integri corporis perpetuo igne damnari. Hic locus si q̄n ab ethnicis reprehendit: quōd eis respōderi possit, ostendimus. **Nunc** a nobis cōtra hāreticos proferat: Marcionē uidelicet & Valentinū, & omnes qui cōtra uetus latrant testamentū: qua ratione illi qui creatore sanguinariū, fauerū bellatorē, & tantum iudicē criminant, hoc in Ap̄o dei boni ualeant excusare. Et certe nullam puto in ueteri lege tam trucē, tam cruentā in aliquo esse sententiā: quā, utinā abscidant qui uos conturbant. **Nec** possunt dicere orasse Ap̄ostolū p̄ inimicis christi, qui ei⁹ ecclesias cōturbabant. **Nec** ex dilectione prolātū: q̄ tu more & indignatione plenū, ipso uerborū pondere demonstrat. **Quicquid** ergo illi p̄ Ap̄o excusationis attulerint, hoc nos p̄ lege ueteri defendem⁹. **¶ Vos em̄ rē. tantū ne libertatē in occasione carni subaudiē, detis.** Q̄ q̄ in grāco nō habet, latin⁹ posuit interpres. Hunc locū q̄ ualde obscurus est, de decimo Stromatū libro trāfferi placuit ad ybū. **Non** q̄ singula nō possint suis locis & sensibus explanari, sed q̄ a sup̄iori negotio separata, unū difficile corpus efficiant: & si sic intelligant ut resonant, inconsequenter & abrupte repugnare inter se & scatere uideant. **Origenis** itaq̄ hāc uerba sunt. **Difficilis** locus est: & ita nobis differendus uidet. **Qui** liber est, & altiori sensu spiritū & ueritatē sequit: p̄cedentes & typos conuenit & literā: non idcirco debet minores despiciere: & occasionē dare his qui non possunt sentire sublimius, de se penitus desperandi. Licet em̄ infirmi sint, & caro comparatione spiritus appellent: caro tñ christi sunt. Si em̄ intelligit mysteriū charitatis in infirmiorib⁹ seruiētis: faciat aliquid, p̄pter infirmos: ne in scientia sua frater pereat, p̄ quo christus est mortuus. **Diligenter** itaq̄ attende, an ex cōsequētib⁹ sensus iste tēxet. **Vos** (inquit) fratres in libertatem uocati estis: forsitan ideo: quia nō omēs uocationē capere poterāt libertatis: Propter q̄d nunc auditis: **Tantum** ne libertatē in occasione detis carni. Per dilectionē em̄ oportet minorib⁹ seruire maiores: quia qui uult esse maior, erit omnium seruus. **Nec** ergo spiritualis lacret Christi carnes: neq̄ occasionem illis tribuat, ut se remordeant p̄uocantē: ne ab inuicē cōsumant. **Oportet** ergo spiritu ambulantē & spiritu scripturarū uerba sectantē: nō perficere desideriū carnis earū. Si autē hoc q̄d dicit: Spiritu ambulate, & desideriū carnis nō perficietis, simpliciter intelligimus, ut pleriq̄ arbitrantur: contra argumentum & hypotesin totius epistolae, in hac subito Paulus erumpet: statim quippe sequit: Si autē spiritu ducimini, non estis sub lege. Et cum hucusq̄ aliqua ex parte sibi sermo cohareat: rursus si simplicem intelligentiam sequamur, ad inordinata repēte p̄cepta nos transfert, de carne & spiritu differens: id est: Manifesta autem sunt opera carnis illa & illa. Et ecōtrario: Fructus autē spiritus,

est charitas, & reliqua. Sed neq̄ in his cōsequentia desperare debem⁹: quia opera carnis diuinorū uoluminū historia continet: non ualde eos iuuans qui sic eam intelligunt ut scripta est. **Quis** em̄ nō docebit seruire luxuria & fornicationē habere pro nihilo: cum iudam ad mer-

tricem legerit ingredientē: & patriarchas habuisse multas pariter uxores? **Quo** modo nō ad idololatriam prouocabitur: qui sanguinē tauro-

rum, & ceteras leuitici uictimas non plus q̄ q̄d in litera sonat, putauerit indicare. **¶** autē inimicitias, in aperto positus scripturā sermo doceat: & ex hoc loco probatur: Filia babilonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam quā retribuisti nobis. Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram. Et ex illo: In matutino interficiebam omēs peccatores terrae: & cetera his similia, de cōtentionib⁹ uidelicet, emulatione, ira, rixis, dissensionib⁹. Ad quā (si nō altius aliquid sentiamus) prouocant nos magis historia exēpla q̄ prohibent. Hāretes quoq̄ magis de carnali scripturā intelligentia, q̄ de opere carnis nostrae, ut plurimi aestimant, substituerūt. **Nec** nō inuidiam & ebrietates, per legis literā discimus. Inebriat Noe post diluuium: & patriarcha apud fratrem ioseph in aegypto. Sed & comestiones in regnorum libro scriptae sunt: saltante dauid & cōcrepante tympanis coram arca testamenti dei: & his similia. **Quaritur** quomodo ad ueneficia, & ad maleficas artes, simplex scripturā diuinā sermo qui dicitur caro, nos prouocet: nisi ad eiusdem scripturā spiritū transcendamus. Puto hoc significare, decies danielem, & tres pueros magis incantatoribus, & Gaſarenis atq̄ Chaldeis sapientiores repertos, & Moysen omni sapientia & doctrina aegyptiorū eruditū. **Multorum** ergo malorū occasio est, si quis in scripturā carne permaneat. **Quae** qui fecerint, regnū dei nō cōsequēt. **Quamobrē** spiritū scripturā fructusq̄ quaramus, qui nō dicunt esse manifesti. **Multo** quippe labore & sudore, & digno cultu, in scripturis fructus spiritus inueniūt. **Vnde** arbitror Paulum diligenter & caute de scripturā sensibus dixisse carnalibus: Manifesta autem sunt opera carnis. **De** spiritualib⁹ uero nō ut ibi posuisse, manifestus est fructus spiritus, sed ita: Fructus autē spiritus, est charitas, gaudiū, pax, & reliqua. **¶** si relictis typis ad ueritatem scripturā transeam⁹ & spiritū, statim nobis primā charitas pandit: & ad gaudiū inde gradientes, peruenimus ad pacē, per quā cōsequimur patientiā. **Quis** autē non ad miserationē & bonitatē erudiat: cum etiā ea quae quibusdā tristitia putant in lege, supplicia dico & p̄lia, & euerſiones gentiū, & cōminationes ad p̄p̄os per prophetas: magis remedia intellexerit esse q̄ p̄nas? **Non** em̄ in aeternum irasceſ dominus. **Cum** hāc ergo nobis aperta fuerint, rationabiliore habebimus fidem: & correctos mores temperantia comitabit: quā continentiam sequet & castitas: & post hāc omnia incipiet esse lex pro nobis. **Hucusq̄** Origenis. **Quibus** nos possumus addere, ut dicamus de seruitute legali ad euāgelij libertatē uocatos (quib⁹ superi⁹ dicit: State & nolite rursus iugo seruitutis hāere) etiā nunc moneri: ut leue christi iugū, & delectabilia euāgelij p̄cepta sectantes, nequaquā putent sibi licere: ut hac ipsa libertate uiuendi, in occasione carnis utant: scilicet ut iuxta carnē uiuant, iuxta carnē circūcidant: sed spiritu magis sient, spiritu p̄putiū carnis abscidant: & ad spiritus altiora tendentes, humilitatē literā derelinquant. **Potest** autē & aliter intelligi. **Dicat** quispiā: Si cessauit o paulus esse sub lege: & de seruitute in libertate uocatus sum: ergo debeo ita uiuere, ut cōuenienter: nec aliquib⁹ p̄ceptis teneri: sed q̄d cūq̄ placuerit & uoluntas suggererit, hoc facere, implere, sectari. **Ad** q̄d respōdit Ap̄us: **Vocatos** quidem nos esse in spiritus libertatem: sed ita, ut libertas ipsa carni non seruiat. **Nec** putemus quia nobis omnia licent, omnia expedire: quin potius

C

Gef. 38. d

ps. 136. b

Ibidē, 100. b

Gef. 9. c

et. 43. g

2. Reg. 6. f

Da. 2. a

Act. 7. c

D

Esa. 57. c

Matt. 18. a

Commen. Hieronymi liber tertius

Equin potius quia serui legis esse cessauimus: facti liberi, magis per charitatē nobis inuicē seruiam⁹; ut laciniosae legis praecepta, uno dilectionis capitulo concludantur.

Sed per charitatē seruite inuicē rē. Qui cū esset liber ex omnibus, omnium se propter charitatē seruū fecit, ut

plures lucrificaret: et horta⁹ & ceteros, ut p charitatē sibi seruiant: quā nō quārit qd suū est, sed quod proximi. Qui enim uult fieri primus, erit oīm seruus: Vt quō saluator in forma dei cōstitutus, nō rapinā arbitratus est esse se aequalem deo: sed se ipsum exinaniuit formam serui accipiens:

& habitu inuentus ut homo, humiliavit semetipsum, factus obediēs usq ad mortē: mortē autē crucis: ita & nos quaecunq ante sub legis necessitate facere uidebamur: nunc sciamus nobis liberis, magis per charitatē esse faciendā. Tantū autē bonū est charitas, ut omnis lex in illa recapitulē. Enumerat & in alio loco Apostolus charitatē bona, dicens: Non zelat: non agit perperam. Multisq in medio replicatis, in fine concludit: Omnia sperat: omnia sustinet: charitas nunq excidit. Et saluator in euangelio: hoc signū, sui ait esse discipuli, ut diligat proximū.

Phil. 2. a Quidē puto non solum hominibus, sed etiā angelis cōuenire. Alijs vbi id ipsum dicit: Quā uobis fieri non uultis, alijs ne feceritis: & quā uultis ut uobis faciant homines, hāc eadem & uos eis facite similiter. Nolo adulari uxore meam: nolo substantiam diripi: nolo me falso opprimi testimonio: & ut cuncta breui sermone comprehendam, indigne fero aliquid mihi fieri quod iniustum est: Hāc eadem si per charitatē in me operantē, uel fecero alteri, uel uolero, lex omnis impleta est. Nec difficile est docere quō uniuersa praecepta, non occides, non adulterabis, non furaberis, non falsum testimoniū dices, & cetera his similia, una charitatis obseruatione teneantur.

1. Cor. 13. b Hoc ostendere arduum est: quomō hostia quoq in Leuitico sunt praecepta: & ciborū uel abstinentia, uel permissio: cum alia munda, alia dicantur immunda: solennitatum quoq iugis per annos recursus, in uno charitatis praecepto recapitulē: Nisi forte quis illo se trāserat: ut affirmet legem spiritualemente esse: & imaginibus & exemplari nos cōlestiū deseruisse, anteq uerus pontifex adueniret: qui postq semel seipsum offerēs uictimam, suo sanguine nos redemit: omnis illa praecepti legis uarietas & difficultas, in ipsius sup homines dilectione cōpleta est. Intantū quippe pater amauit mundū, ut filium suū charissimum & unigenitū daret p nobis. Ei autē qui semel spiritu uiuens, opera carnis mortificauit: & a saluatore dilectus: nequaq seruus, sed amicus uocat: nō est ultra lex posita: quā impijs & peccatorib⁹, & non subiectis & nepharijs cōstitutā est. At nunc cū omnia quā difficiliora sunt, uel modica ex parte faciamus: hoc solum non facimus, qd & factū facilius est: & absq quo cassa sunt uniuersa quā facimus. Ieiunij corpus sentit iniuriam: uigilia carnis macerant: elemosynā labore quærunt: sanguis in martyrio, quis ardeat fides: tamē sine dolore & timore non fundit. Hāc omnia sunt qui faciunt: sola charitas sine labore est. Et quia sola cor mundum efficit: a diabolo expugnatur in nobis, ne deum pura mente uideamus. Quando em sedens loquor contra fratrem meū: & cōtra filium matris meae pono scandalū: quando aliena torqueor sollicitate, & alterius bonū, meum malum facio: nonne hoc qd sequi in me explet: Si inuicē mordetis & comeditis, uidete ne ab inuicē cōsumamini: Charitatis rara possessio est. Quis uult ipse anathema esse a Christo pro fratribus suis, apostolum sequēs? Quis cū lugentibus lugens: cum gaudentibus gaudens, alieno

Matt. 22. d

Ibidem. 7. b

F

uulnere uulnerat? Quis fratris morte perimit? Omnes magis amatores nostri, q amatores dei sum⁹. Vide quantum bonū sit charitatis. Si ita martyriū fecerimus, ut nostras uelimus ab hominibus reliquias honorari: si opinionem uulgi sectantes, intrepidi sanguinē fuderimus: & substantiam nostrā usq ad mēditatem propriā dederimus: huic operi non tam premiū q poena debetur: & perfidia magis tormenta sunt, q corona uictoria. **Quod si inuicem mordetis & comeditis, uidete ne ab inuicē cōsumamini. Potest hoc & simpliciter accipi: ne detrahāmus inuicem: ne maledicto nos putemus ulcisci: ne cōtristati cōtristare cupiamus: & similes bestiarū, mordere pariter & remorderi: ut post morsus sequat interitus atq consumptio. Melius autem est, ne cōtra rationē & totius epistolae cōsequētiā, subito in extraordinaria praecepta Paulus erumpat, hoc ita intelligere, ut ad circūcisionē obseruationēq legis cuncta referam⁹. Si uos (inquit) cōturbant alijs, uos autē cōturbamini: Si totā scripturā ueterē legentes, sic intelligitis ut scripta est: Oculū p oculo: dentē pro dente: & ira desyderat ultionē: ultio vō imponit dolorē: q lex nō solum non prohibet, uerū etiā praecepit, iusticiā in talione restituens: sequitur, ut & nudatus nudet: & uulneratus reuulneret: & comestus remordeat: & quā uideat iusticia esse, cōsumptio sit. Nō unum uindicās, sed utrunq consumens. **Dico autē: Spiritu ambulate: et desyderiū carnis non perficietis. Et hoc scdm supiora dupliciter accipiendum: ut dicam⁹ eos qui spiritu opera carnis mortificauerint, & seminauerint in spiritu, ut de spiritu metant uitā aeternā: quotienscunq uoluptatē carnis senserint titillare, nō perficere desyderiū eius: qd quidem si expletū fuerit, blandiri uideat ad tēpus: sed spiritu refrenare: & scdm sententiā historici, animi imperio, corporis seruitio magis uiuere. Necnō & illud, quia lex spiritalis est: & nō qui in manifesto iudaeus, sed qui in occulto: & circūcisio cordis in spiritu, non litera: eos ambulare spiritu, & carnis desyderiū nō perficere dicim⁹, qui spiritaliter egrediunt aegyptū: & spiritalē escam potiq de spiritali hauriunt petra: qui nō iudicant in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenia & sabbati: sed ambulant in omnib⁹ spiritaliter, nō perficiētes carne legis, litera uel desyderiū: sed fructus metētes intelligētiā spiritualis. Tertia quoq interpretatio a quibsdā in hoc loco dicta est: sed quā non multū discrepat a secunda: ut desyderiū carnis in his asserat esse qui paruuli in christo sunt. Iter autē spiritus in perfectis uiris: & esse sensum: In grauitate spūs. i. in itinere uiri ambulate perfecti: & non facietis desyderia paruulorū. **Caro autē cōcupiscit aduersus spiritū rē. Caro praesentib⁹ delectat & breuib⁹: spiritus perpetuis & futuris. Inter hoc iurgium media anima consistit: habens quidē in sua potestate bonū & malum, uelle uel nolle: sed non habens hoc ipsum uelle ac nolle perpetuū: quia fieri potest: ut cum carni cōsenserit, & opera eius fecerit: rursum p poenitentia se remordens, spiritui copulet: & opera eius efficiat. Hoc est ergo quod ait: Hāc em sibi inuicē aduersant, id est caro & spiritus: ut nō quaecunq uultis, illa faciatis. Non quo proprium nobis tulerit arbitriū: quo uel carni uel spiritui assentiamur: sed quia qd facimus nō est nostrū pprie, sed opus ipsum uel carni uel spiritui deputat. Grandis laboris & disputationis est nimia, ostensis carnis operibus & spūs, media aliq reperire, quā nec ad carnē uideat ptenere, nec ad spiritū. Carnales dicimur, qn totos nos uoluptatibus damus. Spirituales, qn spiritū sanctū prauitū sequimur. I. cū ipso sapimus instruēte, ipso docemur auctore.******

Animales

G uulnere uulnerat? Quis fratris morte perimit? Omnes magis amatores nostri, q amatores dei sum⁹. Vide quantum bonū sit charitatis. Si ita martyriū fecerimus, ut nostras uelimus ab hominibus reliquias honorari: si opinionem uulgi sectantes, intrepidi sanguinē fuderimus:

& substantiam nostrā usq ad mēditatem propriā dederimus: huic operi non tam premiū q poena debetur: & perfidia magis tormenta sunt, q corona uictoria.

Quod si inuicem mordetis & comeditis, uidete ne ab inuicē cōsumamini. Potest hoc & simpliciter accipi: ne detrahāmus inuicem: ne maledicto nos putemus ulcisci: ne cōtristati cōtristare cupiamus: & similes bestiarū, mordere pariter & remorderi: ut post morsus sequat interitus atq consumptio. Melius autem est, ne cōtra rationē & totius epistolae cōsequētiā, subito in extraordinaria praecepta Paulus erumpat, hoc ita intelligere, ut ad circūcisionē obseruationēq legis cuncta referam⁹. Si uos (inquit) cōturbant alijs, uos autē cōturbamini: Si totā scripturā ueterē legentes, sic intelligitis ut scripta est: Oculū p oculo: dentē pro dente: & ira desyderat ultionē: ultio vō imponit dolorē: q lex nō solum non prohibet, uerū etiā praecepit, iusticiā in talione restituens: sequitur, ut & nudatus nudet: & uulneratus reuulneret: & comestus remordeat: & quā uideat iusticia esse, cōsumptio sit. Nō unum uindicās, sed utrunq consumens. **Dico autē: Spiritu ambulate: et desyderiū carnis non perficietis. Et hoc scdm supiora dupliciter accipiendum: ut dicam⁹ eos qui spiritu opera carnis mortificauerint, & seminauerint in spiritu, ut de spiritu metant uitā aeternā: quotienscunq uoluptatē carnis senserint titillare, nō perficere desyderiū eius: qd quidem si expletū fuerit, blandiri uideat ad tēpus: sed spiritu refrenare: & scdm sententiā historici, animi imperio, corporis seruitio magis uiuere. Necnō & illud, quia lex spiritalis est: & nō qui in manifesto iudaeus, sed qui in occulto: & circūcisio cordis in spiritu, non litera: eos ambulare spiritu, & carnis desyderiū nō perficere dicim⁹, qui spiritaliter egrediunt aegyptū: & spiritalē escam potiq de spiritali hauriunt petra: qui nō iudicant in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenia & sabbati: sed ambulant in omnib⁹ spiritaliter, nō perficiētes carne legis, litera uel desyderiū: sed fructus metētes intelligētiā spiritualis. Tertia quoq interpretatio a quibsdā in hoc loco dicta est: sed quā non multū discrepat a secunda: ut desyderiū carnis in his asserat esse qui paruuli in christo sunt. Iter autē spiritus in perfectis uiris: & esse sensum: In grauitate spūs. i. in itinere uiri ambulate perfecti: & non facietis desyderia paruulorū. **Caro autē cōcupiscit aduersus spiritū rē. Caro praesentib⁹ delectat & breuib⁹: spiritus perpetuis & futuris. Inter hoc iurgium media anima consistit: habens quidē in sua potestate bonū & malum, uelle uel nolle: sed non habens hoc ipsum uelle ac nolle perpetuū: quia fieri potest: ut cum carni cōsenserit, & opera eius fecerit: rursum p poenitentia se remordens, spiritui copulet: & opera eius efficiat. Hoc est ergo quod ait: Hāc em sibi inuicē aduersant, id est caro & spiritus: ut nō quaecunq uultis, illa faciatis. Non quo proprium nobis tulerit arbitriū: quo uel carni uel spiritui assentiamur: sed quia qd facimus nō est nostrū pprie, sed opus ipsum uel carni uel spiritui deputat. Grandis laboris & disputationis est nimia, ostensis carnis operibus & spūs, media aliq reperire, quā nec ad carnē uideat ptenere, nec ad spiritū. Carnales dicimur, qn totos nos uoluptatibus damus. Spirituales, qn spiritū sanctū prauitū sequimur. I. cū ipso sapimus instruēte, ipso docemur auctore.****

H cem: ne maledicto nos putemus ulcisci: ne cōtristati cōtristare cupiamus: & similes bestiarū, mordere pariter & remorderi: ut post morsus sequat interitus atq consumptio. Melius autem est, ne cōtra rationē & totius epistolae cōsequētiā, subito in extraordinaria praecepta Paulus erumpat, hoc ita intelligere, ut ad circūcisionē obseruationēq legis cuncta referam⁹. Si uos (inquit) cōturbant alijs, uos autē cōturbamini: Si totā scripturā ueterē legentes, sic intelligitis ut scripta est: Oculū p oculo: dentē pro dente: & ira desyderat ultionē: ultio vō imponit dolorē: q lex nō solum non prohibet, uerū etiā praecepit, iusticiā in talione restituens: sequitur, ut & nudatus nudet: & uulneratus reuulneret: & comestus remordeat: & quā uideat iusticia esse, cōsumptio sit. Nō unum uindicās, sed utrunq consumens. **Dico autē: Spiritu ambulate: et desyderiū carnis non perficietis. Et hoc scdm supiora dupliciter accipiendum: ut dicam⁹ eos qui spiritu opera carnis mortificauerint, & seminauerint in spiritu, ut de spiritu metant uitā aeternā: quotienscunq uoluptatē carnis senserint titillare, nō perficere desyderiū eius: qd quidem si expletū fuerit, blandiri uideat ad tēpus: sed spiritu refrenare: & scdm sententiā historici, animi imperio, corporis seruitio magis uiuere. Necnō & illud, quia lex spiritalis est: & nō qui in manifesto iudaeus, sed qui in occulto: & circūcisio cordis in spiritu, non litera: eos ambulare spiritu, & carnis desyderiū nō perficere dicim⁹, qui spiritaliter egrediunt aegyptū: & spiritalē escam potiq de spiritali hauriunt petra: qui nō iudicant in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenia & sabbati: sed ambulant in omnib⁹ spiritaliter, nō perficiētes carne legis, litera uel desyderiū: sed fructus metētes intelligētiā spiritualis. Tertia quoq interpretatio a quibsdā in hoc loco dicta est: sed quā non multū discrepat a secunda: ut desyderiū carnis in his asserat esse qui paruuli in christo sunt. Iter autē spiritus in perfectis uiris: & esse sensum: In grauitate spūs. i. in itinere uiri ambulate perfecti: & non facietis desyderia paruulorū. **Caro autē cōcupiscit aduersus spiritū rē. Caro praesentib⁹ delectat & breuib⁹: spiritus perpetuis & futuris. Inter hoc iurgium media anima consistit: habens quidē in sua potestate bonū & malum, uelle uel nolle: sed non habens hoc ipsum uelle ac nolle perpetuū: quia fieri potest: ut cum carni cōsenserit, & opera eius fecerit: rursum p poenitentia se remordens, spiritui copulet: & opera eius efficiat. Hoc est ergo quod ait: Hāc em sibi inuicē aduersant, id est caro & spiritus: ut nō quaecunq uultis, illa faciatis. Non quo proprium nobis tulerit arbitriū: quo uel carni uel spiritui assentiamur: sed quia qd facimus nō est nostrū pprie, sed opus ipsum uel carni uel spiritui deputat. Grandis laboris & disputationis est nimia, ostensis carnis operibus & spūs, media aliq reperire, quā nec ad carnē uideat ptenere, nec ad spiritū. Carnales dicimur, qn totos nos uoluptatibus damus. Spirituales, qn spiritū sanctū prauitū sequimur. I. cū ipso sapimus instruēte, ipso docemur auctore.****

Deut. 19. d

Roma. 7. d

Roma. 8. c

In epistolam ad Galatas

Ca. V Fo. 96

A Animales reor esse philosophos, qui proprios cogitatus putant esse sapientiā: de quib⁹ recte dicit: Animalis autē homo non recipit ea quæ sunt spiritus. Stulticia quippe est ei. **Q**uod ut manifestius fiat, aliqđ sumamus exemplū: Caro, terra: anima, aurum: spiritus, ignis uoce. **Q**ui diu

aurū fuerit in terra, perdit uocabulū suū: & a terra cui cōmixtū est appellat. Cum ȳo separatū ab humo, aurū & speciem & nomen acceperit: aurū quidē dicit: sed necdum probatū. Si aut per ignem excoctum fuerit & purgatū, tūc

auri splendorē & ornatus sui accipit dignitatē. Ita & anima inter humū & ignē, hoc est, inter carnē spiritūq; consistens: qñ se tradiderit carni, caro dicit: qñ spiritui, spiritus appellat. **Q**uod si p̄prio crediderit cogitatu: & absq; gratia spiritus sancti inuenire se aestimauerit ueritatem, quasi aurum sordidū, animalis hominis appellatione si gnatur. Potest locus iste sic meli⁹ explanari: & quasi una series corpusq; fieri, se inuicem necens, sibiq; nō discrepans. Fratres de seruitute legis uocati estis, in euāgelij libertatē. Verū obsecro uos, ne libertate p̄ licentia abutimini: & putetis uobis cuncta expedire quæ licent: detisq; occasionem carni atq; luxuriæ. Quin potius discite q; libertas hæc maior sit seruitus: ut qđ ante lex ab inuitis extorquebat obsequiū, nunc per charitatē uobis inuicē seruatiō. Siquidē omne illud legis onus, & multiplicia p̄cepta: non tam exclusa sunt per euāgelij gratiam, q̄ uno charitatis sermone breuiata: ut diligamus proximū sicut nos metipsos. Quisq; diligit proximū, totam legē implet: bona ei tribuens, mala nō inferens. **Q**ui cesset dilectio: & non sit charitas per quā lex uniuersa complet, publicū quoddā inter homines latrocinij erit: ut contra se inuicē deferētes, seq; mordentes, cōsumant ab inuicē.

Matth. 22. d

B Vos autē fratres, p̄pterea scđm spirituale lēgem debetis uiuere: ne desyderia quæ carnis sunt, perficiatis. Caro em̄ frigus timet: aspernat famem: attenuat uigilijs: libidinibus exardescit: mollia quæq; & iocunda desyderat. Econtra spiritus, ea quæ carni cōtraria sunt: & quæ illam debilitare queant, expetit. Et ita fit, ut non ideo, quia sub seruitute legis esse cessastis, putetis esse uos liberos: sed sciatis magis naturā uos lege retineri: quia non statim si lex non imperat, & natura cessauit: ne uoluntatē scilicet uestram, opera subsequantē: sed frequēter ea facere compellamini, repugnante carne aduersus spiritū, quæ facere non uultis. Ex quo fratres obsecro: ut non detis libertatem uestrā in occasione carnis, sed magis spiritu seruiatis: ut incipiat ea facere quæ uultis: & nihil debere legi, id est non esse sub carne. Quia libertatem legis abolitā tunc uere in euangelio habere poteritis: cū uos nequaquā caro cōpulerit facere quæ non uultis: sed spiritui seruiētes, docueritis uos non esse sub lege. Et quia supra scđm duplicē intelligētiā hunc locū cōperamus exponere, reddenda sunt quæ omisimus. Caro concupiscit aduersus spiritū: id est historia & scripturæ carnis intellectus, contra allegoriam & spirituale doctrinā repugnat. Spiritus autē aduersus carnē, id est sublimiora deiectis, aeterna breuius, umbræ ueritas refragatur: & carnis scripturæ sensus: quia impleri nō potest, (nec enim ualemus omnia quæ scripta sunt facere) ostendit nos non in nostra positos potestate legis explendæ: cum etiā si uelimus literā sequi, impossibilitas non admittat. **Q**uod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Spiritum non eum de quo Apostolus in alio loco loquit: Ipse spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, qđ sumus filij dei: id est nō spiritū hominis qui in ipso est: sed spiritum sanctū significat: quē sequētes, efficiuntur spirituales: & sub lege esse desistimus. Notandū ergo qđ hic spiritus nō cū cōsensu & cū aditamento aliquo, sicut in ceteris legim⁹ spiritū mansue-

Roma. 8. c

tudinis, & spiritū fidei: sed simpliciter spiritus appellat: quæ quidē minutia magis in græco, q̄ in nostra lingua obseruata, qui cōsensu penitus nō habemus, uidentur aliquid habere momēti. Quæritur in hoc loco, si quicumq; spiritu ducit, nō est sub lege: utrum Moyses & p̄pheta,

uel spiritu acti sint, & sub lege uixerint: qđ Apostolus negat: aut habentes spiritū, sub lege nō fuerint, quod Ap̄lus hic affirmat: aut qđ est tertij, sub lege uiuentes, spiritū nō habuerint: quod de tātis uiris nephas est credere. Ad quod

nos breuiter respōdebimus: Non idem esse, sub lege esse, & esse quasi sub lege: quomodo nō idipsum est, in similitudine carnis peccati, & in carne esse peccati. Nec idem sonat uerus serpens, & ærei similitudo serpētis: quē Moyses in eremo suspendit. Sic igitur & sanctos p̄phetas & Moysen, ambulantes spiritu & spiritu uiuentes: non sub lege, sed quasi sub lege uixisse: ut ipsi uiderentur quidē esse sub lege: sed eos qui sub lege erant, lucrifacerēt: & ab humilitate literæ, ad altitudinem spiritus prouocarent. Nam & Paulus qui iudæus, iudæis factus est: & omnib⁹

Nume. 21. b

1. Cor. 9. c

omnia, ut omnes lucrifaceret: non dixit, factus sub lege, sed factus quasi sub lege: ut ostenderet se non ueritatem legis, sed similitudinē custodisse. Videmur nobis solui se propositā quæstionē. Sed quid faciemus de illo Pauli capitulo dicentis: Cum autē uenit plenitudo temporis,

5. 4. a

misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege: ut eos qui sub lege erant, redimeret. Si em̄ Christus sub lege fuit, & nō quasi sub lege: tota illa superior disputatio uacua fiet. Verum & hæc oppositio de suo solue lo co. Quia em̄, p̄pterea factus sub lege est, ut eos qui erant sub lege, redimeret: utiq; cū esset liber a lege, legi se subdidit uoluntate: Et multo erat Paulo liberior: qui non sub lege, sed quasi sub lege fuisse se testatus est. Et quomō in cōnum & barathrum mortis propter nos descēdit: qui orabam⁹ dicētes: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Ita & ex muliere nasci uoluit, & esse sub lege: ut eos qui nati erant de muliere & sub lege, saluaret. Et certe nō est natus de muliere: id est de nupta, sed de ygine.

Roma. 7. d

Verum abusive uirgo mulier appellata est: propter eos qui illam fuisse uirginē nesciebant. Vt itaq; propter illos qui sanctā Mariam arbitrabantur maritū habere, mulier pro uirgine posita est: sic, p̄pter eos qui aestimabant christum esse sub lege, nescientes quia factus esset his qui erant sub lege, quasi sub lege: dicit & ipse factus esse sub lege. **Q**uod si manifesta autē sunt opera carnis etc. Superius cum exponeremus de carne & spiritu: triplicem intelligentiam dixeramus: uel eos esse carnes, qui paruuli & corporei, in Christo solidum cibum, & perfectæ ætatis alimenta capere non possent: uel carnales eos esse, qui more iudaico historiam tantum sequerentur & literam: Aut certe iuxta simplicē sensum, in hominis fictione carnem spiritumq; subsistere: & iuxta diuersitatem substantiæ, uel opera carnis esse, uel spiritus. Nunc ergo quæ hic carnis opera nominantur, fornicatio uidelicet, immundicia, luxuria, & cetera quæ sequunt: magis mihi uidentur ad simplicem carnis & spiritus intelligentiam, q̄ ad carnē legis, & paruulos in Christo referri: licet in eo loco ubi supra de decimo Origenis Stromate uerbū trāstulimus ad ybū: quid etiā de his sentiri possit, expressum sit.

Quod autē ait: Manifesta autē sunt opera carnis: uel oib⁹ ea nota esse demonstrat: quia per se pateant mala esse & fugienda: intantū ut etiā hi qui ea faciunt, cupiant occultare quod faciunt. Vel certe his tantū manifesta, qui in Christo crediderint. Plurimi quippe gentilium in suis ignominijs gloriant: & putant si expleuerint uoluptatē, quandā se turpitudinū uictoriā consecutos. Sed & illud eleganter, quod in carne opera posuit, fructus in spiritu: quia uitia

quia uitia

Commen. Hieronymi liber tertius

E quia uitia in semetipsa finiunt & pereunt: uirtutes frugibus pullulant & redundant. Nec putem⁹ animam nullū esse opus: si uitia carni, uirtutes spiritui deputent. Quia anima (ut supra diximus) in quodā meditullio posita, uel carni iungit: & dicit de ea: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia carnes sūt: uel spiritui copulat: & in spiritus uocabulum transit. Qui em̄ adharet dño, unus spiritus est. Primum itaq; carnis opus, est fornicatio. Manifesta in exordio posuit, ne de medijs ambigamus. Omne em̄ quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: qui autē fornicat, in corpus suū peccat. Et nō sumus nostri: empti em̄ sumus precio, glorificemus & portemus deum in corpore nostro. In eo fornicator maioris est criminis: quia tollit mēbra christi, & facit ea mēbra meretricis. Erunt quippe duo in carne una. Qui non est fidelis nec credit in christo, sua mēbra facit membra meretricis: qui credit & fornicatur, christi membra facit membra meretricis. Ecōtrario infidelis in fornicatione sua utrum uiolet, an ædificet templū idolo, nescio. Per uitia quippe uel maxime dāmones colunt. Hoc unum scio: q̄ qui post fidem christi fornicat, uiolat templū dei. Secundū opus carnis, immundicia nuncupatur: & eam comes luxuria sequit. Quō em̄ in ueteri lege de nephandis criminibus, quæ in occulto fiunt, & ea nominare turpissimum est: ne & dicentis os, & aures audientū polluerent, generaliter scriptura cōplexa est, dicens: Verecundos uel reuerentes facite filios israel ab omni imundicia: sic in hoc loco ceteras extraordinarias uoluptates: ipsarū quoq; opera nuptiarū si nō uerecunde & cum honestate quasi sub oculis dei fiant, ut tm̄ liberis seruiat, immundiciā & luxuriā nominauit. Quartū in catalogo operū carnis, idololatria locū tenet. Qui em̄ semel se luxuriæ uoluptatib; permiserit, nō respicit creatorem. Alias autē omnis idololatria, festiuitate, gula, uentre: & his quæ infra uentrem sunt, delectat. Et ne forsitan ueneficia, & maleficæ artes non uiderent in nouo prohibita testamēto: ipsæ quoq; inter carnis opera nominant. Quia sæpe magicis artibus, & amare miseris euenit & amari. Inimicitia quoq; quæ post ueneficia ponit, quem habeat reatū, manifesto crimini subiecta declarat. Quantum em̄ in nobis est: nullius esse debem⁹ inimici, sed cū omnibus habere pacē. Qd̄ si loquētes ueritatē, aliquos meremur inimicos: nō tam nos inimici eorū sum⁹, q̄ illi inimici sunt x̄itatis. Nam qd̄ & in Genesi dicit ad Abraham: Inimicus ero inimicis tuis: & aduersabor aduersantibus tibi: sicut supra intelligendū: nō tam Abraham illis inimicū fuisse, q̄ illos Abraham uirtutib; & religioni: per quā calcatis idolis, cognitū uenerabat deum. Illud quoq; qd̄ populo præcipit israel: ut odio sempiterno & in posteros transmissa discordia, inimici sint Madiancis: quasi his dicitur qui sub pedagogo erant, & in alio loco merebant audire: Quid habebis inimicū tuū. Aut certe non tam personarū q̄ morum est facta dissensio: ut quō deus utiliter inter serpentē & mulierē inimicitias posuit: ne amicitia eorū inutiles essent homini, per quas proietus est de paradiso: Ita & in israelitis & madiancis, uita magis dissimilis, q̄ gens una damnata est. Septimū locū inter carnis opera, cōtentio possidet: quodā quasi sacro & eminenti inter uitia numero collocata. Seruū autē domini non oportet rixari, sed esse mansuetum ad omnes: doctorem longanimē, cum mansuetudine erudientem: etiā eos qui contra disputant. Post cōtentionem, octaua succedit amulatio: quæ græco sermone *ζῆλος* significatius & notius appellat. Quo quidem malo, nescio quis nostrū careat. Zelati sunt em̄ & patriarchæ Ioseph fratrem suum: & Maria & Aaron, pphetes dei & sacerdos, contra Moysen tali passione decepti sunt: intantū ut illa de qua scriptura narrauerat dices: Tollens autē Maria, pphetes tympanum, & cetera: postea extra castra proiecta, lepra

uitio sordidata sit: & poenitentiā longiorē septē dierū separatione signauerit. Ira deinde succedit, quæ iusticiā dei non operat: & species est furoris. Inter iracundiā autē & iram, hoc interest: q̄ iracundus semper irascit: iratus, p tēpore cōcitatur. Et nescio quis possit regnū dei possidere:

cum is qui irascit, separet a regno. Rixæ quoq; q̄s aliud graci significantes, *ῥιξ* uocant: siquidē rixa *μάχη* dicit, a regno dei prohibet. Est autē

& his similia: quæ prædico uobis sicut & prædixi: quoniam qui hæc agunt, regnum dei non possidebunt.

Fructus

ῥιξ, cū quis semp ad cōtradicendū paratus, stomacho delectat alieno: & muliebri iurgio cōtendit, & prouocat cōtendentē. Hæc alio nomine apud gracos *φιλονομία* appellatur. Necnon & dissensiones opera carnis sunt: cum quis nequaquā perfectus, eodē sensu & eadē sententiā dicit: Ego sum Pauli, & ego Apollos, & ego cephe, & ego Christi. Sed & domorū inter se hæc eadē dissensio reperitur: mariti uidelicet ad uxore, patris ad filium, fratris ad fratrem, conserui ad conseruum, militis ad cōtubernalem, artificis ad eiusdem operis artificem. Nonnunq; euenit, ut & in expositionib; scripturarū oriatur dissensio: e qui bus hæreses quoq; quæ nunc in carnis opere ponunt, ebulliunt. Si em̄ sapientia carnis inimica est deo: (Inimica autē sunt omnia dogmata falsitatis deo repugnantia) consequenter & hæreses inimicæ deo, ad carnis opera referuntur. *ἀρεσκ* autē græce, ab electione dicit: qd̄ scilicet eam sibi unusquisq; eligat disciplinā, quā putat esse meliorem. Quicunq; igitur aliter scripturā intelligit q̄ sensus spiritus sancti flagitat quo cōscripta est: licet de ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest: & de carnis operibus est, eligens quæ peiora sunt. Hæreses sequitur inuidia, quam nō putamus idem esse qd̄ zelum. Quia zelus & in bonā partē accipi potest: cum quis nititur ea quæ meliora sunt amulari. Inuidia uero, aliena foelicitate torquet: & in duplicē scinditur passio: cum aut ipse est aliquid in eo in q̄ alium esse nō uult: aut aliū esse uidens meliorē, dolet se ei non esse cōsimilē. Pulchre quidā de Neotericis, graci uersum transferens: elegiacometro de inuidia lusit dicens: Iustus inuidia nihil est: quæ protinus ipsum auctore rodit, excruciatq; animū. Scripsit & beatus Cyprian⁹ librū de zelo & liuore ualde optimū: quē qui legerit, nō dubitabit annumerare operibus carnis inuidiam. Inter inuidum autem & inuidiosum hoc interest: q̄ inuidus foeliciori inuidet. Inuidiosus autē is est, qui ab alio patit inuidiam. Quartum decimum locum inter carnis opera, ebrietas tenet. Ebriosi quippe regnū dei nō possidebunt. Et dñs ad discipulos: Cauete (ait) ne forte grauentur corda uestra in uino & crapula. Vino, hominis sensus evertit: pedes corruunt: mens uacillat, libido succendit. Vnde Apostolus clamat: Et uinum in quo est luxuria. Habet unusquisq; suæ sententiæ potestātē: Ego Apostolum sequor: in uino esse luxuriā: in uino ebrietatē. Ebrietatē autē & luxuriā, inter carnis opera numerari: nec ille pōt negare qui eisdem passionibus uincitur. Et licet me quidā in eo libro, quē de seruanda uirginitate scripsi, reprehendendū putent: q̄ dixerim adolescentulas ita uinum debere fugere ut uenenū: nō me sententiæ poenitebit. Opus quippe ibi magis uini, q̄ dei a nobis creatura damnata est: & licentiam tulimus uirgini proprio ætatis calore feruenti: ne sub occasione parum bibendi, plus biberet & periret. Alioquin sciebamus & in christi sanguinē uinum consecrari: & Timotheo uinum ut biberet, imperatū. Ebrietas autē tam ex uino q̄ ex ceteris bibendi generibus, quæ uario modo cōficiunt, potest accidere: ex quo & de sancto dicit: Vinum & siceram non bibet. Siceram interpretatur, ebrietas. Et ne quis uinum non bibens, aliud sibi putaret bibendum: exclusa causatio est: dum omne quod inebriare potest, cum uino pariter aufertur. Quintadecima, quæ & extrema inter carnis opera, cōmestatio est: Manducauit quippe populus & bibit, & surrexerunt ludere.

A ludere. Semper ebrietati iuncta luxuria est. Pulchre qui-
dam non ignobilis orator: cum ebrium de somno descri-
beret excitatum, ait: Nec dormire excitatus, nec uigilare
ebrius poterat. Quia sententia expressit, quodammodo
nec mortuum eum fuisse nec uiuum. Longum erat uni-
uersa carnis opera re-
plicare: & catalogum
facere uitiorum. Vno
igitur omnia sermo-
ne conclusit dicens, &
his similia. Quia uti-
nam tam facile uitae
re possemus, quam facile intelligimus. Prædico (inquit) uo-
bis sicut prædixi: quoniam qui talia agunt, regnum dei
non consequentur. Vbi ante prædixerat: Non regnet (inquit)
peccatum in mortali uestro corpore, ad obediendum desy-
derijs eius: Peccatum, omnes istas species habet in quibus
nunc discriminandis plus forsitan quam oportuit, immora-
ti sumus. Ergo in anima in qua peccatum regnauerit, non
potest dei regnare regnum. Quia enim participatio iustitiæ
& iniquitatis quæ communicatio luci ad tenebras: qui con-
sensus Christo & Belial: Et putamus nos regnum dei con-
sequi, si a fornicatione, idololatria, & ueneficijs immu-
nes simus. Ecce inimicitia, contentio, ira, rixa, dissensio,
ebrietas quoque, & cetera quæ parua arbitramur, exclu-
dunt nos a regno dei. Nec refert uno quis a beatitudine
excludatur, an pluribus: cum omnia similiter excludant.
In latinis codicibus, adulterium quoque & impudicitia, &
homicidia, in hoc catalogo uitiorum scripta referuntur. Sed
sciendum non plus quam quinquem carnalis opera nominata:
de quibus & disseruimus. **C** Fructus autem spiritus
est. Et quia alia inter fructus spiritus debuit tenere pri-
matum, nisi charitas, sine qua uirtutes ceteræ non repu-
tantur esse uirtutes: & ex qua nascuntur uniuersa quæ bo-
na sunt. Si quidem & in lege, & in euangelio, ipsa obtinet
principatum: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, &
ex tota anima tua, & ex tota uirtute tua: & diliges proxi-
mum tuum tanquam teipsum. Quantis bonis referta sit chari-
tas: & supra breuiter perstrinximus: & nunc uel parum di-
xisse sufficiat: quod dilectio non querit quæ sua sunt, sed quæ
aliena. Et quis suo quis uitio inimicus sit diligenti: & tran-
quillitate eius ad odiorum fluctus concitare nitatur: tamen nunquam
ille turbatur: nunquam creaturam dei odio dignam aestimat. Cha-
ritas enim operit multitudinem peccatorum. Illud quod quod a salua-
tore dicitur: Non potest arbor bona fructus afferre malos: neque
arbor mala, fructus afferre bonos: non tam de hominibus, quam
de fructibus carnis & spiritus arbitror pronuntiat: quia
nec spiritus unquam potest ea uitia quæ in carnis operibus nu-
merata sunt facere: nec caro his fructibus qui oriuntur ex
spiritu redundare. Potest autem fieri per negligentiam possi-
dentis: ut spiritus qui uersatur in homine, fructus non ha-
beat suos: & e contrario caro operibus suis mortificatis,
peccare desistat. Non tamen illo usque procedunt: ut & ne-
glecta arbor spiritus, opera carnis afferat: & arbor car-
nis exulta, fructus germinet spirituales. In secundo spi-
ritualium fructuum loco, gaudium positum est: quod Stoici
quoque qui distinguunt inter uerba subtilius, aliud quid
esse aestimant quam læticiam. Gaudium quippe esse aiunt
elationem animi super his quæ digna sunt exultantis: Læti-
ciam uero effrenatam animi elationem, quæ modum nesciat:
& in his quoque quæ uitio sint mixta, lætetur. Alij e regione
gaudij uoluptatem ponunt: non hanc quæ corpus ad libi-
dinem concitat, titillat sensus, dulci blandit affectu, sed
aliam huic *ὁμοθυμω*: quæ sine moderatione & ullo deco-
re læticiæ, in risu exaltat uocem suam. Quod si uerum
est, & eorum inter uerba distinctio non fallit & fallitur:
cōsideremus, ne forsitan idcirco sit dictum: Non est gau-
dere impijs dicit dominus. Simul autem & illud notandum,
quod post dilectionem, gaudium sequitur. Qui enim diligit
quempiam, semper in eius felicitàte lætatur. Et si eum
uiderit aliquo errore deceptum, & peccatorum lubrico con-
cidisse: dolebit quidem, & eruere festinabit: sed non poterit
gaudium mutare tristitia: sciens nullam rationabilium

creaturarum apud deum perire perpetuo. Tercius fructus
spiritus, est pax, a qua Salomon quoque qui in typo Christi
præcessit, nomen accepit. Et de ecclesia psalmista canit:
Factus est in pace locus eius. Et inter octo euangelij be-
nedictiones scribitur: Beati pacifici: quoniam filij dei uo-

C

ps. 75. a
Matth. 5. a

**Fructus autem spiritus, est charitas, gaudium, pax, longani-
mitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia:**
aduersus

cabuntur. In primo
etiam graduum psal-
mo cantatur: Cum
his qui oderunt pa-
cem, eram pacificus.
Nec putemus pacem
tantum in eo esse quæ-

rendam, si cum alio non iurgemur: sed tunc pax Christi,
hoc est, hæreditas nostra nobiscum est: si tranquilla mens
nullis passionibus perturbetur. Post pacem sequitur lon-
ganimitas, siue patientia: quia utroque modo *μακροθυμία*
possumus interpretari. Huic contraria est pusillanimi-
tas: de qua scribitur: Pusillanimus ueremur insipiens: Et
qui uero patiens est, & uniuersa sustentat, uir sapiens. Et
cum *ἐπιεικής*, multum sapiens appellatur: ut in Prouer-

Eccl. 7. a

Prouer. 14. d

bis quoque scriptum est: Longanimus uir, multus in pru-
dentia. Benignitas etiam siue suauitas, quia apud græ-
cos *χρηστότης* utrumque sonat: uirtus est lenis, blanda, tran-
quilla, & omnium bonorum apta consortio: inuitans ad
familiaritatem sui, dulcis alloquio, moribus temperata. De-
nique & hanc Stoici ita definiunt: Benignitas est uirtus
sponte ad benefaciendum exposita. Non multum boni-
tas a benignitate diuersa est: quia & ipsa ad benefacien-
dum uidetur exposita. Sed in eo differt: quia potest bo-
nitas esse tristior: & fronte saueris moribus irrigata, bene
quidem facere & præstare quod poscitur: non tamen suaui-
esse consortio: & sua cunctos inuitare dulcedine. Hanc
quoque sectatores Zenonis ita definiunt: Bonitas est uirtus
quæ prodest: siue uirtus ex qua oritur utilitas: aut uirtus
propter semetipsam: aut affectus qui sors sit utilitatum.

D

Inter fructus spiritus, septimum & sacrationem locum fides
possidet: quæ etiam alibi inter tres ponitur, spes, fides, cha-
ritas. Nec mirum si spes in hoc catalogo non referatur:
cum in fide sit quod speratur: & ita eam Apostolus ad He-
braeos scribens definiat: Est autem fides sperandarum sub-
stantia rerum, argumentum necdum apparentium. Siqui-
dem id quod speramus esse uenturum: & necdum est in
præsenti, fide posidemus, sperantes nos tenere quod cre-
dimus. Quæritur quoque quomodo fides in charitate sit
posita. Qui diligit, nunquam se lædi aestimat: nunquam aliud
nisi quod diligit & diligitur, suspicatur. Cum autem di-
lectio procul abfuerit, & fides pariter abscedit. Post fidem
mansuetudo numeratur: quæ aduersa est iræ, rixis, dissen-
sionibus: & nunquam ad sui contraria prouocatur: uere de
bona spiritus arbore, bonos fructus egerminans. Per
hanc famulus dei Moyses, testimoniū scripturæ meruit
accipere, dicentis: Moyses mansuetus erat, plusquam omnes
homines super terram. Super terram inquit: Super eos
enim qui facie ad faciem deum uidebant, esse non pote-
rat: quia multa sæpe compellimur per carnis facere infir-
mitatē. De Dauid quoque, licet multi de domino nostro
aestimant prophetatum, quod nos etiam non negamus,
spiritus sanctus in typo uenturi canit: Memento domine

Heb. 11. a

Nume. 12. a

ps. 105. a

1. Reg. 14. a

2. Reg. 15. a

Ibidem. 16. b

David, & omnis mansuetudinis eius. Cuius mansuetu-
do aduersus Saul, Absalon, & Semei, uel maxime cla-
ruit: cum alius eum uellet occidere: alius res nouas mo-
litus, fraudare imperio niteretur: alius lapides in eum
iaciens, & puluerem uertens, clamaret & diceret: Egredere,
egredere uir inique. Extrema continentia, in fructibus spi-
ritus collocatur. Quam non solum in castitate debemus
accipere, sed etiam in cibo & potu: In ira quoque & uexa-
tione mentis, & detrahendi libidine. Inter modestiam au-
tem & continentiam, hoc interest: quod modestia in uiris per-
fectis est, consummataque uirtutis, de quibus saluator ait:
Beati mitēs: quoniam ipsi possidebunt terram. Et de se
ipso: Discite a me: quoniam mitis sum, & humilis, & man-
suetus corde. Continentia uero in uia quidem uirtutis est,
sed necdum peruenit ad calcem: quia cupiditates adhuc

Matth. 11. d

in eius qui

Roma. 6. b

2. Cor. 6. d

Deut. 6. a

Matth. 22. d

Iacobi. 5. b

Matth. 7. c

Commen. Hieronymi liber tertius

E in eius qui se continet cogitatione nascuntur: & mentis polluant principale, licet nō superent, nec ad opus pertrahant cogitantem. Non solum autem in desyderijs & cupiditate, continentia necessaria est: sed etiam in tribus reliquis perturbationibus, dolore scilicet, læticia, & timore. Aduersus huiusmodi fructus spiritus, non est lex. Iusto quippe lex nō est posita: Iniquis autem & non subiectis, impijs & peccatoribus. Lex mihi dicit: Non adulterabis: non occides: non falsum testimonium dices: non fraudabis: non desyderabis aliena: nō periurabis: non furaberis: si hæc omnia fructu in me spiritus charitate regnante non facio, superflua mihi sunt præcepta legis. Denique & sapientes mundi de philosophia sic opinati sunt: ut quod leges publicæ facere homines necessitate cōpellunt, hoc illa persuadeat fieri uoluntate. **¶** Qui autem sunt christi/carnem crucifixerunt cum uitijs et concupiscentijs. Origenes hunc locum non est lex, qui Christi carnem crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs: ut non, sicut in latino sonat, eos qui Christi sunt, carnem suam dicat crucifixisse cum uitijs & concupiscentijs: sed Christi carnem ab his cum uitijs & concupiscentijs crucifixam. Et quærit quomodo in his qui fructus spiritus habeant: & aduersum quos lex esse cessauit, crucifixio carnis dominicæ ponatur in laude: cum ad Hebræos in uituperatione sit positum: Rursum crucifigentes in semet ipsis filium dei: & ostentui habentes: Pro rursus crucifigentes, melius unum uerbum compositum in græco est *ἀνασταυρώμετες*, quod nos interpretari possumus crucifigentes. Primū ergo notandum quod aliud sit crucifigere, aliud recrucifigere. Deinde quia non idipsum sit recrucifigere filium dei: & crucifigere carnem christi cum uitijs & concupiscentijs. Caro quippe christi nō principaliter & proprie filius dei est, sed Iesus christus: qui cū esset in principio apud patrē, uerbum deus caro factus est: & seipsum exinanauit formam serui accipiens, ut crucifigeret carnem & despoliaret principatus & potestates, triumphans de eis in ligno: ut compleret illud Apostoli: Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel. Igitur si corpora nostra membra sunt Christi, cōsequenter & caro nostra caro christi est: quā crucifigim⁹, mortificantes per eam super terrā, fornicationē, immunditiam, passionem, desyderiū malum, & auariciam: & de nobis in laude nunc ponitur: qui Christi Iesu carnem crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs: & semper mortificationē Iesu circumferimus in corpore nostro: ut & uita eius manifestet in carne nostra. Non modici autē laboris est, sic in præsentis sæculo uiuere: ut iam nunc uita Iesu manifestetur in carne nostra. Ita enim uiuificabunt & mortalia corpora nostra per inhabitantē in nobis spiritum. Vbi latinus interpret uitia posuit, in græco *παθήματα*: id est, passiones legunt. Et quia passio potest & dolorem, & ceteras necessitates significare corpusculi, caute Apostolus intulit, desyderia: ut non naturam corporis uidere in spiritualibus uiris negare, sed uitia. Et hoc ita admonitum sit, si uulgatam editionē sequimur, legentes: qui autē sunt christi, carnem crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs: ut non carnem christi, sed suam eos crucifixisse dicamus. Pene oblitus sum interpretationis sæcundæ: Prædixeram enim omnia quæ sequunt ad legem & ad circumcissionē esse referenda. Sensus itaque iste est: In quibus est fructus spiritus, charitas, gaudium, & reliqua: hi corpoream scripturā intelligentiam, quæ nunc caro christi appellat, crucifixerunt cum passionibus eius & desyderijs: quæ generat paruulis atque lactentibus fomēta uitiōrū. Crucifixit christi carnem: qui non iuxta carnem historiæ militat, sed spiritū allegoriæ sequitur præuiantē. **¶** Si spiritum uiuimus/

spiritum obtēperemus. Utamur hoc testimonio aduersum eos qui nolunt scripturas spiritualiter intelligere. Quis est autē qui uiuit spiritu, nisi absconditus homo noster: qui & iuxta carnem interdum solet uiuere: Sed cum spiritu uiuerit, spiritu ambulat. Cum in carne uoluerit ambulare, uiuens mortuus est. Vir perfectus in christo, semper uiuit in spiritu: spiritui obedit, nūquā uiuit in carne. Et contra: Qui se totum carni dedit, & passionibus deputat, nunquā uiuit in spiritu. Inter hos medijs

sunt, quos nec spirituales possum⁹ appellare, nec carnos: sed qui inter uirtutes & uitia fluctuantes: nunc ad meliora retrahunt, & spiritus sunt: nunc carnis lubrico supplantant, & caro sunt. **¶** Non efficiamur inanis gloriæ cupidi: inuicem prouocantes / inuicem inuidentes. Vnum uerbum apud græcos *κυνόδοξοι*, trium uerborū circuitu interpret latinus expressit. Quantas autē habeat definitiones & significantias gloria, & philosophorum innumerabiles libri: & Ciceronis duo uolumina, quæ de gloria scripsit, inditio sunt. Verum nos quia nō uerborum etymologias, sed scripturæ sensum differere conamur: ita hunc locum cum superioribus copulabimus: Si spiritu uiuimus, spiritui obtēperemus: nequaquā per legem, sed per charitatē nobis inuicem seruientes, non debemus de scripturarū interpretatione contendere & digere: Circumcisio melior est: non, sed præputium. Contemnenda historia, & Allegoria sequenda: immo Allegoria uana est & umbratica: & nullis ueritatibus fixa radicibus. Vnde enunt, ut inuicē nascant inuidiæ. Excludere enim (ait) uos uolunt, ut illos emulemini: non tam ueritatem legis uolentes docere, quā uincere. Ne autē penitus uerbum gloriæ prætermittamus intactum, suas philosophis ineptias relinquentes, de scripturis aliqua retractemus. Opinione uulgi, & laudem hominū fauore quæsitā, gloriæ nomen sonat ubi dicit: Omnia autem faciunt, ut ab hominibus glorificent. Et alibi: Quomodo potestis credere, gloriā abinuicē quæretes: Porro in bonam partē in eodē loco: Et gloriā ab eo qui solus est, non quæretes. Ex quo intelligimus idem uerbum, nunc uirtutem significare, nunc uitium. Si ab hominibus quæro gloriā, uitium est: si a deo, uirtus est: qui & ad ueram nos gloriā cohortatur dicens: Eos autē qui me glorificant, glorificabo. Significat & aliud in scripturis diuinis gloria: cum augustius aliquid, & diuinius hominū se præbet obutibus. Vifa est in tabernaculo gloria domini: & in templo quæ a Salomone cōstructa est, gloria erat: & in facie Moysi, quando nesciebat quod glorificatus esset uultus eius: de qua uultus gloria, puto & Apostolum dicere: Nos autē omnes reuelata facie gloriā domini cōtemplantes, in eandē imaginē transformamur a gloria in gloriā, sicut a dei spiritu. Et ipse saluator, splendor gloriæ & figura substantiæ dei dictus est. Vidit & Stephanus gloriā dei: & Iesus stantē a dextris eius. Ut autem & nos nobis fingendos nominū licentiā præsumamus: rebus quippe nouis (ut ait quidā) noua fingenda sunt nomina: quia hic dictū est: Non efficiamur inanis uel uacua gloriæ cupidi: nos eos asseramus plenæ gloriæ esse cupidos, qui gloriā dei desyderant, & laudem uirtute condignā, & aspectum diuini aliquid ostendent. Vnde & in plarisque locis, nostri maiestatem gloria trāstulerūt. Iam dudum cupio in uerba prorumpere, sed teneor timore dicendi. Dicam tamē nec tacebo passionē meam, passionē pene cōmunē: non de diuitijs, non de potentia, nō de pulchritudine, & corporū uenustate: hæc enim manifeste inter carnis opera nominant. Elemosyna si ob laudē fiat, inanis est gloria: Longa oratio, pallor ex ieiunio sequens. Non mea sunt uerba, sed saluatoris in euāgelio pertonantis. Ipsa quoque castitas in matrimonio, uiduitate, uirginibus, sæpe plausum quærit humanum.

Roma. 6. b

1. Timo. 1. b

Exo. 20. b

G

H

Matth. 23

Iob. 5. g

Ibidem

5. Reg. 8. b

Exo. 40. d

2. Cor. 3. d

Heb. 1. a

Actu. 7. b

Lu. 7. 104

A humanū: & qđ dudum timeo dicere, sed dicendum est: martirium ipsum, si ideo fiat ut admirationi & laudi habeamur a fratribus, frustra sanguis effusus est. Loquat̃ Apostolus: loquat̃ electionis uas: Si tradidero corpus meum ut glorier: charitatē autē non habeam, nihil mihi prodest. Ille qui dixe-

1. Cor. 12. a

rat: Scio hominem in Christo, ante annos quatuordecim, siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, deus scit, raptū usq; ad tertium cœlum. Et post modicū: Raptus in paradysum, audiuit arcana yba, quæ non licet homini loqui. Illi (inquam) qui plus omnibus laborauit: ne magnitudo reuelationū extolleret eum, datus est stimulus carnis eius, angelus, satanæ, qui eum colaphizaret, ut non extolleret. Et certe ter dñm rogauit ut discederet ab eo: sed dictum est ei: Sufficit tibi gratia mea: uirtus enim in infirmitate perficit̃. Quid tam dei opus, qđ scripturas legere: in ecclesia prædicare: sacerdotium cupere: ante altare domini ministrare? Sed & hæc nisi aliquis omni diligentia custodierit cor suū, de cupiditate laudis oriunt̃. Videas plerosq; (qđ etiā Tullius ait) libros suos de contemnenda gloria inscribere: & causa gloriæ, pprijs noīs titulos prænotare. Interpretamur scripturas: sape uertimus stilum: quæ digna lectione sunt, scribimus: & nisi Christi causa fiant, sed memoriæ in posteros, & famæ in populos, totus labor irritus fiet: & erimus quasi tympanū sonans, & cymbalum concrepans. Videas plerosq; de scripturis inter se cōtendere: & athleticum scommata dei facere sermonē: inuicem prouocant̃: & si uicti fuerint, inuident: Inanis quippe gloriæ cupiditas. Scio in latinis codicibus in eo testimonio qđ supra posuim⁹: Si tradidero corpus meum ut glorier, ardeam habere pro gloriæ: sed ob similitudinē uerbi, qua apud græcos, ardeam & glorier. i. καθήσσομαι, & καυχήσσομαι, una literæ parte distinguūt: apud nostros error inoleuit. Sed & apud ipsos græcos exēplaria sūt diuersa. **Ca. VI**

B

Fratres, & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto rē. Sciens Paulus eius dei se esse cultorē, qui nollet mortē peccatoris, sed pœnitentiā: & excepta trinitate, omnē creaturā licet nō peccet, tamē posse peccare: eum quoq; qui spiritualis est, cohortatur sui timore ne peccet, manū porrigere corruenti. Et pulchre præoccupatū in delicto, hominē uocat, qui mori possit: ex ipso nomine fragilitatē cōditionis ostendens: ut dignus sit uenia, qui uelut homo errore deceptus, & merlus in uoraginē, seipsum sine auxilio & adiutore erigere non possit. Spirituali autē nō addit̃ homo: sed quasi deo præcipiē, ut hominē præoccupatū in delicto instruat: siue (ut melius habet in græco) perficiat in spiritu lenitatis. Qui autē perficitur: nō ei defunt uniuersa, sed aliqua. Deniq; nō peccatis pluribus, sed uitio aliquo præoccupatus errauit. Lenitatis spiritū & mansuetudinis in correctione peccātis spiritualis adhibeat: ne rigidus, ne iratus & tristis corrigere cupiat errantem: sed prouocet eum, spondens salutē: ueniam repromittens, christi testimoniū proferat: qđ graui legis & peccatorū onere depressos, ad iugum suū suauē, & leue inuitet onus: ut discant, quia humilis sit & mitis, & mansuet⁹ corde: & inueniant requiē animab⁹ suis. Vtatur hoc testimonio aduersum hæreticos: qui diuersarum fingentes fabulas naturarū, aiunt spirituale, bonā esse arborē: & nunq; malos afferre fructus. Ecce Apłus, cuius & ipsi auctoritatē sequuntur, dicit eos qui spirituales sunt, posse peccare, si per altitudinem cordis sui inflent̃ & corruant. Qđ & nos quoq; faciemur: & χοῖνοὺς, spirituales fieri, si ad meliora reuertantur. Opponi nobis potest illud quod ad Corinthios scribitur: Quid uultis? In uirga ueniam ad uos: an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Si em̃ ibi ad pecca-

tores, non in spiritu mansuetudinis, sed in uirga uenire se dicit: quōd hic his qui in aliquo peccato præuenti fuerint: non uirgam adhibet, sed spiritum mansuetudinis. Verū ibi ad eos dicit̃ qui post peccatū nō sentiētes errorē suū, nolebant maiorib⁹ suis subdi, & pœnitentia corrigi.

C

Vbi ʒo peccator intelligens uulnus suū, tradit medico se curandum: ibi non est uirga necessaria, sed spiritus lenitatis. Sed & illud forte quærat̃: qđ si ppter ea instrueret quis debeat peccatorem in spiritu lenitatis: quia consyderet

Nam si quis

se, ne & ipse tentet: ergo iustus qui de sua certus est mente, qui scit nō posse se labi: non debet instruere peccatorē in spiritu lenitatis? Ad qđ dicem⁹, etiam si uicerit iustus, sciens quāto labore superauerit, magis peccanti ueniam largiet̃. Nam & saluator ppter ea tentatus est: iuxta omnia nobis similiter absq; peccato: ut possit compati & dolere infirmitatib⁹ nostris, suo doctus exēplo, qđ difficilis sit in carne uictoria. Si quis uirgo ad senectam usq; permanferit, ignoscat ei qui adoleſcētiæ quodā calore deceptus est: sciens quātis difficultatib⁹ illam transierit atātē. Si quis pro christi nominis confessione cruciatus, alium in tormētis uiderit denegare, compatiat̃ uulneribus negatoris: & nō tam illum uictum, qđ se uicisse miret̃. Cautelam quoq; scribētis attendite: quia nō dixerit, consyderans te ne & tu cadas: sed ne & tu tenteris. Vinci quippe uel uincere nonnunq; in nostra est potestate: ceterū tentari, in potestate tentantis est. Si em̃ saluator tentatus est: quis potest esse securus, intentatum se uitæ huius maria transire? Qui putant Paulum iuxta humilitatem, & nō uere dixisse: & si imperitus sermone, non tamen scientia: defendat huius loci cōsequētiā. Debit quippe scđm ordinē dicere: Vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, consyderantes uos metipſos, ne & uos tentemini: & non plurali, inferre numerū singularem. Hebræus igitur ex hebræis, & qui esset in uernaculo sermone doctissimus, profundos sensus aliena lingua exprimere non ualebat: nec curabat magnopere de uerbis, cū sensum haberet in tuto. Hæc scđm simplicē intelligentiā. Ceterū ut & secundæ expositionis ordinē prosequamur: locus iste de epistolæ ad Romanos fine pandendus est. Ibi em̃ cū similiter de escis & obseruationib⁹ scriberet iudæorū: & eos qui legis iuxta literā præcepta cōtēnerent, firmos atq; pfectos: illos ʒo qui adhuc antiq; cōsuetudine ducebant̃, infirmos paruulosq; narraret: & uideret iurgium esse inter spirituales & carneos: admonuit spirituales, ne contemnerent carneos & ait: Infirmū autē in fide assumite: non in disceptationibus cogitationum. Alius em̃ credit manducare omnia: qui autē infirmus est, holus manducet. Is qui manducat, nō manducantem non spernat: & qui nō manducat, manducantē nō iudicat: Deus em̃ illum assumpsit: Tu qui es qui iudices alienū seruū: Suo dño stat, aut cadit. Stabit autē: Potens est em̃ deus statuere illum. Et multa in medio super hoc sensu disserēs, adiecit in fine: Noli propter escam destruere opus dei. Et iterū: Debemus autē nos firmiores, imbecillitates infirmorū sustinere: & non nobis placere. Vnusquisq; uestrū pximo suo placeat ad bonā aedificationem. **¶ Alter alteri⁹ onera portate rē.** Quia peccatū onus sit: & psalmista testat̃ dicēs: Iniquitates meæ eleuatae sunt sup caput meū: quasi onus graue grauatae sunt super me. Et Zacharias in specie mulieris, uidit super talentum plumbi sedere iniquitatē. Hoc onus saluator p nobis tulit: suo nos exemplo docēs, quid facere debemus. Ipse quippe iniquitates nostras portat: & p nobis dolet: & eos qui peccatorū ac legis onere sunt depressi, ad leue onus uirtutis inuitat dicēs: Iugum meum suauē est, & onus meū leue. Qui igit̃ fratris nō desperat salutē,

D

Roma. 14. a

Ibidem. 15. a

ps. 37. a

Zach. 5. c

Matt. 11. d

r 2 sed manū

1. Cor. 4. d

Commen. Hieronymi liber tertius

E sed manū porrigit deprecanti: & quantū in se est, flet cū flente: infirmus est cū infirmo, suāq; iudicat aliena peccata: iste per charitatē adimplet legem christi. Quā christi lex est: Hoc est mandatū meū, ut diligatis inuicē. Quā lex filij dei est: Diligite alterutrū: sicut & ego dilexi uos. Quomō dei fili⁹ nos

Iob. 15. b dilexit. Maior hac dilectiōe nō est, q̄ ut q̄s animā suā ponat p̄ amicis suis. Qui clāmētā nō habet: nec indutus ē uiscera misericordiā & lachrymarū: q̄uis spiritua/ lis sit, nō adimplebit legem Christi. Sed &

Matth. 23. c hunc locū cū superiorib⁹ copulem⁹. Duplicē em̄ sequimur intelligentiam: Si quis infirmus in fide est, & adhuc lacte nutrit infantia: nec pōt tam cito a legali obseruatione ad spiritualia sacramēta transire: uos qui robustiores estis, eius onera portate: ne p̄ scientiā uestrā frater pereat, p̄ quo christus est mortuus. Portat quoq; fratris necessitatē, qui grauātū pauperē onere egestatis adiutat: & facit sibi amicos de iniquo mammona, quem post resurrectionē christus affatur: Venite ad me bñdicti patris mei: possidete preparatū uobis regnū a cōstitutione mundi. Esuriui em̄, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere. Iuxta hunc sensum etiā in alia epistola Paulus Timotheum docens, addidit: Diuitib⁹ huius sæculi

1. Tim. 6. d præcipe non sublime sapere: pro eo qd̄ est, nō superbire: neq; sperare in incerto diuitiarū, sed in deo qui præstat omnia abunde ad fruendū, bñ agere: diuites esse in operibus bonis: facile tribuere: communicare: thesaurizare sibi fundamentū bonū in futurū, ut apprehendant uerā uitam. Qui uerā uitam apprehendit, eum uidelicet qui

Iob. 14. a loquit: Ego sum uita, impleuit legē christi quā tendit ad uitam. **a** Nam si q̄s existimat se esse aliqd̄ cum nihil sit, seipsum seducit. Si quis non uult onera aliena portare: &

F immisericors suo tm̄ opere & uirtute cōtentus est: nō quærens quæ aliena sunt, sed quæ sua: hoc est, sui tm̄ amator, & nō etiam dei, ipse se seducit. Dupliciter autē legi potest atq; distingui: Vel si quis existimat esse se aliquid cum sit nihil. Aut ita: Si quis existimat se esse aliquid: ut postea inferam⁹, cū sit nihil, se ipse seducit. Et magis in græco q̄ in latino resonat ista distantia. Prioris distinctionis hic sensus est: Qui se aliquid existimat esse & nihil est, ipse se decipit. Secundus sensus altior ē, & q̄ nobis magis placet: Si quis existimat se esse aliquid in eo qd̄ se putat esse aliquid: & non ex clāmētia in proximū, sed ex suo opere & labore se iudicat, sua tm̄ uirtute cōtentus: iste ex hac ipsa arrogantia nihil sit, & ipse se decipit: qd̄ melius in græco dicit *φρονεῖν*, hoc est, mentē suā decipit: p̄ quo latinus posuit interpretes, se ipse seducit. Mentem autē suā

Eccl. 9. c decipit, qui se putat esse sapientē: & scdm̄ Esaiam, sapiēs in se est: & in cōspectu suo intelligens. Ad circūcisionē & legē, ita loci huius connectit intellectus: Qui spiritualis est: & misericordiam in proximū non habet: cōtemnens humilem, quia ipse sublimior est, ipse se decipit: nesciens hanc spūs esse legē, ut nos inuicē diligam⁹. **b** Opus autē suū probet unusquisq; zc. Sensus iste est: Tu qui te æstimas spirituale: & de alteri⁹ infirmitate robustior es: nō debes imbecillitatē iacētis, sed tuā fortitudinē cōsyderare. Neq; em̄ si alius p̄fecte nō potest ad christianismū a iudaismo transire, idcirco tu perfectus es christian⁹: sed si te p̄pria conscientia non remordet, habes in temetipso gloriā & nō in altero. Athleta nō ideo fortis est, quia uicit infirmū, & languida aduersarij membra superauit: sed si robustus est, & in sua fortitudine, nō in infirmitate alterius gloriā. Intelligi potest & aliter: Qui conscientia habet operis boni, & seipsum cōsyderans, opus suū non reprehendit: non debet de hoc apud alium gloriari: & laudem suā foras fundere, & cōmunicare cū cunctis: & ex hominū quærere fauore iactantiā: sed in temetipso

habeat gloriā, & dicat: Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu christi: per quē mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Qui gloriā quærīt ab altero: huic nec mundus crucifixus est: nec crucifixus est ipse cum christo: Recepit quippe quod quærebat ab ho-

Gminibus mercedem suā. **c** Unusquisq; em̄ onus suū portabit. Videtur superiorib⁹ cōtraire ubi ait: Alter alterius onera portate. Si enim onus suū unusq; portabit, alter alteri⁹ onera portare non poterit. Sed uidendum: quod ibi

præceperit ut peccantes in hac uita nos inuicem sustentemus: & in præsentī sæculo alterutrū auxilio simus: hic autem de domini dicat in nos iudicio: quod non ex alterius peccato & cōparatione deterioris, sed iuxta nostrū opus, aut peccatores ab eo iudicemur aut sancti, recipientes unoquoq; scdm̄ opus suū. Obscure licet docemur per hanc sententiā, nouū dogma quod latitat: dum in præsentī sæculo sumus, siue orationibus, siue consilijs inuicem posse nos coadiuuari. Cum autē ante tribunal christi uenerimus: non Iob, non Daniel, nec Noe rogare posse pro quoq;: sed unumquemq; portare onus suū.

d Communice autē is qui catechizat uerbū, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Marcion hunc locū ita interpretatus est: ut putaret fideles & catechuminos singul orare debere: & magistrū cōmunicare in oratione discipulis: illo uel maxime elatus quod sequat, in omnibus bonis: Cum utiq; si de oratione sermo fuisset: non debuerit ei præcipi qui catechizat, sed ei qui se catechizat: id est non discipulo, sed magistro. Deinde etiā cetera quæ sequuntur, cum eius expositione nō congruunt: Quæ semina/ uerit homo, hac & metet. Et: Bonū autē facientes, nō deficiamus: Tempore enim suo metemus, non deficientes. Sensus itaq; iste est: Quia superius spiritualibus præceperat: ut eos qui præoccupati fuerant in aliquo delicto, instruerent in spiritu lenitatis: & alter alterius onera portarent adimplentes legem christi: nunc cōtrario his qui adhuc imbecilliores, & discipuli, & carnales erant: præcipit: ut quomō ipsi a magistris spiritualia metunt, sic magistris carnalia præbeant: Qui totos se diuinæ eruditioni & studio tradētes, uitæ huius necessarijs indigeant: fiat illud qd̄ de manna scriptū est: Qui multū nō abundauit: & q̄ modicū nō minorauit. Bona autē in præsentī loco iuxta uulgi cōsuetudinē, morēq; cōmunē, uictum & uestitū, & cetera quæ homines inter bona numerant, appellauit. Habentes em̄ uictum & uestitum, his cōtenti sumus. Nec mirū si Paulus ea quæ erant corpori necessaria, boni appellatione signauit: cum etiā saluator noster ad eos qui necdum ad uirtutū culmen ascenderant, sed adhuc humiliter incedebāt, & sibi addi poscebāt fidem, dixerit: Si ergo uos cum mali sitis, scitis bona data dare filijs uestris: quāto magis pater uester celestis dabit bona petentibus se: Ego puto & Iob cum ad uxore, quasi unam de insipientibus mulierib⁹ loqueret, respectu eius quæ ita putabat de corporalib⁹ diuitijs locutū: Si bona accepimus de manu domini: & rursum de angustijs & pressuris & tentatione quæ uictoriā afferāt: Quare mala nō sustineam⁹? Cum utiq; mala & bona nō in diuitijs & pressuris, sed in uirtutibus ponant & uitijs: ut iustus loquitur in psalmo: Quis est homo qui uult uitam, cupit uidere dies bonos: Prohibe linguam tuā a malo: & labia tua ne loquantur dolum. Declina a malo & fac bonū. Proprie malum dicit, qd̄ uitandum est: bonū, qd̄ facere debemus. Diues quoq; ille in euāgelio qui malū & bonū scientiam non habebat, recte agrorū ubertatē bona arbitrabat dicens: Anima, habes bona posita in annos multos: quiesce, comede, bibe, & latare. Et alius qui iacebat in purpura, & delitijs affluebat, audit apud inferos ab

Abraham:

A Lu. 16. f. Abraham: Recepisti bona in uita tua. Illud quoque attendendum: ne forte & hoc possit intelligi, dari discipulis mandatū: ut eis qui se instruunt, uerbum cōmunicent, obsequantur, dociles, facilesque se praebeant: In his tñ quae bona sunt, quae spiritualia & non haeretica uel iudaica prauitate peruersa.

a **N**olite errare/ de? non iridet zc. Præui- dens spiritu, eos qui docent & debent magistris sumpt? & uitae necessaria ministrare posse obtendere paupertatem, & dicere: Ager meus hoc anno aruit siccitate: uinea grando cōtriuuit: red- ditus qui esse pote- runt, tributa rapue- runt: non habeo unde tribuam qđ iubetur, adiecit: No- lite errare, deus non iridet. Scit(inquit) corda uestra, non ignorat facultates: Excusatio uerisimilis, hominem potest utcumque placare, deum nō potest fallere. Et simul cohortat ad id quod praeceptum est exhibendum, semē nominans: ne putet perditū, quod multiplicato foenore recepturus est. Ad Corinthios quoque rationē dati & ac- cepti, simili docuit exēplo: Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in bñdictione, de bñdictione & me- tet. Vnusquisque sicut ppositū habet in corde: nō ex tristitia aut ex necessitate: Hilarē enim datorē deus diligit.

2. Cor. 9. b

b **Q**uoniam qui seminat in carne sua/ de carne et metet cor- ruptionē zc. Omne qđ loquimur, agimus, cogitamus, in duobus seminatur agris, carne & spiritu. Si bona sunt quae de manu, ore, corde promunt: seminata in spiritu, uitae aeternae fructib? redundabunt. Si mala, ab agro car- nis excepta, corruptionis nobis segetem pullulabunt. Aliter: Qui legē carnaliter intelligit, repromissiones car- nales, & quae in praesenti saeculo corrumpunt, expectat. Qui autē spiritualis auditor est, seminat in spiritu: & de spiritu metet uitam sempiternā. Simul notemus sermo- nis consequentiā: & eam cum superioribus copulemus: hominē uocari in spiritu seminantē: qui quādo cōperit uitam metere sempiternā, homo fortasse esse desistat. Ta- cianus qui putatiuam christi carnem introducēs, omne coniunctionē masculi ad foeminā immundam arbitrat: Encratitarum uel acerrim? heresiarches, tali aduersum nos sub occasione praesentis testimoniū usus est argumē- to. Si qui seminat in carne, de carne metet corruptionē: in carne autē seminat, qui mulieri iungit: ergo & is qui uxore utitur, & seminat in carne eius, de carne metet cor- ruptionē. Respondet ei primum non dixisse Paulum, qui seminat in carne, sed in carne sua. Nemo autē secum ipse concumbit: & in sua carne seminat. Deinde ut obser- uationem hanc quā annotauim?, in carne sua, ex abun- danti ei concedamus: addendum est eōs quoque, qui co- medant & bibant, & dormiant, & aliquid faciant ob refri- gerium corporis: iuxta illum seminare in carne, & de ea metere corruptionē. Quod si ad hoc cōfugerit, ut dicat eos qui siue bibant, siue manducēt, siue dormiant: in no- mine tamen domini omnia cum ratione perficiant, non in carne seminare, sed in spiritu: & nos ei similiter respon- debimus: eos quoque qui dei primam sententiā sequantē cum ratione facientes: Crescite & multiplicamini & re- plete terram: non in carne, sed in spiritu seminare. Syllo- gismus itaque eius futilis & caducus, sophismate primum decipit audientem. Caterum diligenter inspectus, facile soluitur: Neque enim possumus dicere, Abraham, Isaac, & Iacob, & alios sanctos uiros, qui de repromissione nati sunt: ipsum quoque dñi praecursorē: quia in carne natus est, de corruptionis germine pullulasse. Illud pariter ob- seruandum: qđ qui seminat in carne, cum additamento suae carnis ponitur: qui autem seminat in spiritu: non di- citur in spiritu suo, sed simpliciter in spiritu. Qui enim bona seminat: non in suo quippiam, sed in dei spiritu se-

Gen. 1. c

minat: de quo & uitam est messurus aeternam. **c** **B**o- num autem facientes: non deficiamus zc. Cohortatur eos ad studium perseverantiae, qui in hac uita mercedem boni operis expectant: nescientes, quia sicut in semine aliud sationis, aliud messis est tempus: sic & in praesenti uita, sementē esse ope- ra: quae uel in spiritu uel in carne metant: messē pro futurum iudiciū: & pro quali- tate uel diuersitate se- mentis, diuersas nos facere messuras, cen- tesimum & sexagesi- mum, & tricesimum fructum: quam sege- tem nemo potest me- tere deficiens. Qui em pserauerit usq; Matt. 10. c Eia. 5. g

in finem, hic saluus erit. Sicut & alio loco praecipit: Esto nō deficiens. Quale est autem ut cum peccatores quo- tidie in malis operibus augeantur, nos in bono opere lassemur? **d** **E**rgo dum tempus habemus/ operemur bonum ad omnes zc. Tempus sementis ut diximus, tem- pus est praesens, & uita quā currimus. In hac licet nobis quod uolumus seminare. Cum ista uita transierit, ope- randi tempus aufertur. Vnde & saluator ait: Operamini dum dies est: ueniet nox quādo iam nullus poterit ope- rari. Ortus est nobis dei sermo, sol uerus: & congregatae sunt bestiae recedentes in cubilia sua: procedamus ut ho- mines ad opus nostrū: & usq; ad uesperam laboremus: sicut mystice cantatur in psalmo: Posuisti tenebras, & fa- cta est nox: In ipsa pertransibunt bestiae syluae: catuli leo- num rugientes, ut rapiant, & quarant a deo escam sibi. Ortus est sol, & congregatae sunt: & in cubilibus suis dor- mierunt. Egredietur homo ad opus suum: & ad operatio- nem suam usq; ad uesperam. Siue agrotamus, siue sani sumus, humiles uel potentes, pauperes, diuites, ignobi- les, honorati, esurientes, siue uescentes, omnia in nomine domini cum patientia & aequanimitate faciamus: & im- plebitur in nobis illud quod scriptum est: Diligentibus autem dominū, omnia cooperantur in bonum. Ira ipsa & libido, & iniuria, quae deflyderant ultionem: si me refre- nem: si propter deum taceam: si per singulos commotio- nis aculeos, & incentiua uitiorū, dei desuper me uiden- tis recorder, siunt mihi occasio triumphorum. Ne dica- mus in largiendo: Ille est amicus: hunc nescio: hic debet accipere, iste contemni. Imitemur patrem nostrum qui solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit su- per iustos & iniustos. Fons bonitatis omnibus pater. Ser- uus & liber, plabeus & rex, diues & pauper, ex eo simi- liter bibunt. Lucerna cum accensa fuerit in domo, omni- bus lucet aequaliter. Qđ si in cunctos indifferēter libe- ralitatis frena laxant: quanto magis in domesticos fidei, & in christianos: qui eundē habent patrem, eiusdem ma- gistri appellatione censent? Videtur autē mihi locus iste posse & superioribus coherere: ut domesticos fidei, ma- gistros nominet: quibus supra omnia quae putantur bo- na, ab auditorib? suis iusserat ministrari. Breue est uitae istius curriculum. Hoc ipsum qđ loquor, qđ dicto, quod scribo, qđ emendo, qđ relego, de tempore meo mihi, autē crescit, aut deperit. Titus filius Vespasianē qui in ultionē dominici sanguinis subuersis hierosolymis, Romam ui- ctor ingressus est, tantae dicitur fuisse bonitatis: ut cum quadam nocte sero recordaretur in coena, qđ nihil boni die illa fecisset, dixerit amicis: Hodie diem perdi. Nos putamus non perire nobis horam, diem, momenta, tem- pus, aetates, cum ociosum uerbum loquimur: pro quo reddituri sumus rationem in die iudicii. Qđ si hoc ille sine lege, sine euangelio, sine saluatoris & apłorū doctri- na, naturaliter & dixit & fecit: quid nos oportet facere, in quorū condemnationē habet & Iuno uniuias, & Vesta uirgines, & alia idola cōtinentes? Beatus Iohannes euan- gelista cum Ephesi moraret usq; ad ultimā senectutē: &

r 5 uix inter

Job. 9. a

ps. 103. d

Roma. 8. a

Matth. 4. g

Commen. Hieronymi liber tertius

Euix inter discipulorum manus ad ecclesiam defereret: nec posset in plura uocē yba cōtexere: nihil aliud p singulas solebat pferre collectas, nisi hoc, filioli diligite alterutrū. Tandem discipuli & fratres qui aderant, tedio affecti, qd eadem semper audirēt, dixerūt: Magister, quare semper hoc loqueris? Qui re

spōdit dignā Ioanne sententiā: Quia praeceptum domini est: & si solum fiat, sufficit. Hoc propter praesens apostoli mandatum: Operemur bonū ad omnes: maxime autē ad domesticos fidei. **¶** Videte quib⁹ literis scripsi vobis mea manu. Hi q circumcidi Galatas uolebāt, dis-

seminauerāt alia Paulum facere, alia praedicare: & suo ope destruere sermonē: qd qui legē assereret abolitā, ipse inueniret in lege. Hanc opinionē, quia nō poterat Paulus apud omnes praesens subuertere: prohibebat quippe uinculis, quā ob christi martyrium sustinebat, seipsum per literas representat. Et ne aliqua supposita epistolā suspitio nasceretur: ab hoc loco usq ad finem, manu sua ipse perscripsit: ostendens superiora ab alio exarata. Quod autē sub nomine eius a falsis doctorib⁹ epistolā mitterent, ad Thessalonicēses quocq demonstrat scribens: Rogamus autem uos fratres per aduentum domini nostri Iesu christi, & nostrā congregationis in ipsum: ut non cito moueamini a uestro sensu, nec terreamini: neq per spiritū, neq per sermonē, neq p epistolam tanq per nos missam: quasi instet dies domini: ne quis uos seducat ullo modo. Et ut totam epistolam quā mittebat, suspitione erueret falsitatis: manu sua in fine subscripsit, dicens: Salutatio mea manu Pauli, qd est signum in omni epistola, ita scribo: Gratia domini nostri Iesu christi cum omnibus uobis. Ad Colossenses etiam quas dictauerat literas, manu sua similiter subnotauit: Salutatio mea manu Pauli: Memores estote uinculorum meorū. Et ubicunq sciebat falsos adesse doctores qui possent per apostoli auctoritatē noua dogmata seminare, epistolam manu ppria subscribebat. Deniq & ad Corinthios scribens, in quibus erant schismata & haereses, unoquoq dicente: Ego sum Pauli, & ego Apollo: ego autē Cepha: epistolam suā tali annotatione signauit: Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat dñm Iesum Christum, anathema sit maranatha, & cetera. Propter hoc igitur uolens omnē occasionē falsis auferre doctoribus: qui & Galatas a ueritate euāgelij deprauarant, finē epistolae manus suae annotatione cōpleuit dicens: Videte qualib⁹ literis scripsi uobis: nō q grandes literae fuerint: hoc quippe in grāco sonat πικρὸν, sed qd suae manus essent eis nota uestigia: ut dum literarū apices recognoscunt, ipsum se putarēt uidere qui scripserat. In hoc loco uir apprimē nostris tēporibus eruditus, miror quōd rem ridiculam locutus sit, Paulus (inquit) hebraeus erat: & grācas literas nesciebat. Et quia necessitas expetebat, ut manu sua epistolā subscriberet: contra cōsuetudinē curuōs tramites literarū, uix magnis apicibus exprimebat: etiā in hoc suā ad Galatas indicia charitatis ostendēs: qd ppter illos id quocq qd nō poterat, facere conaret. Grandibus ergo Paulus literis scripsit epistolam: quia sensus erat grandis in literis: & spiritu dei uiuū, non atramento, nec calamo fuerat exaratus. Qd autē apposuit, mea manu: opera intelligamus in manibus. Quam ob causam crebro & in pphetis scribitur: sermo dei qui factus est in manu Hieremiae siue Aggei: ut p hanc qd similitudinē in manu Pauli sciamus factum dei esse sermonē. Grandibus Paulus literas nō solum tunc ad Galatas, sed etiam hodie scribit ad cunctos: & quibus parui sint apices, quib⁹ eius epistolae conscribunt, tñ magnae sunt literae: quia in literis magnus est sensus. **¶** Quicunq uolunt placere

in carne: hi cogunt uos circumcidi. Superius ostendit ex q loco sua subscripserit manu: nunc quid scripserit, repliat. Caius Caesar, & Octavianus Augustus, & Tyberius successor Augusti, leges promulgauerant: ut iudaei qui erant in toto romani imperij orbe dispersi, proprio ritu uiuerent: & patrijs ceremonijs deseruiret.

Quicunq igitur circumciscus erat, licet in christū crederet: quasi iudaeus habebatur a gentibus. Qui uo absq circumcissione nō esse iudaeum praepotio praeferebat: persecutionib⁹ tam gentiliū, q iudaeorum fiebat obnoxius. Has igitur persecutiones hi qui Galatas deprauauerant declinare cupientes: circumcissionē pro defensione discipulis persuadebant: quam nunc Apostolus confidentiam in carne uocat: quod scilicet tam gentilib⁹ quos timebant, q iudaeis quibus uolebant placere, circumcissionē in persecutione proponerēt. Nam nec iudaei persequi eos poterant nec gētiles quos uolebant, & proselytos circumcidere: & ipsos legis praecepta seruare.

¶ Neq em q circumcisi sunt: hi legē custodiūt. Propter infirmitatē (inquit) carnis, lex impleri non potest. Vnde & iudaei praecepta magis hominum & doctrinas, q dei mandata custodiunt: neq corporalem facientē legem: impossibile quippe est: neq spirituales, quā non intelligunt. Vnde hoc est omne quod student, quod agunt, quod nituntur: ut apud iudaeos de uestra carnis iniuria glorientur, & iactitēt suo gentes magisterio circumciscas. Hoc autē totū faciunt, ut iudaeis placeant: & expugnatae legis inuidia conquiescat.

¶ Sibi autē absit gloriari nisi in cruce domini nostri. Solus potest in cruce Christi gloriari qui tollit eam & sequit saluatore: qui crucifixus carnem suam cum uitijs & concupiscentijs, qui mortuus est mundo: & nō cōtemplatur ea quae uident, sed quae non uident: uidēs mundum crucifixum, & transeuntē figuram eius. Crucifixi autē iusto mundus ille, de quo saluator ait: Ego uici mūdū. Et: Nolite diligere mūdū. Et: Nō accepistis spiritū e mūdō. Cui crucifixus ē mundus, huic mundus & mortuus est: etiā ei euenit mundi cōsumatio, & dignus effectus nouo cōlo, & noua terra, & nouo testamento, canit canticū nouū: & accipit nomē nouū scriptū in calculo: qd nemo nouit nisi qui accepit illud. Quariē quomō nunc Paulus dicat: Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi: cum in alio loco de alijs gloriē, ut ibi: Ita per uestrā gloriā quā habeo in christo Iesu. Et iterū: Libet gloriabor in infirmitatib⁹ meis, ut inhabitet in me uirtus christi. Et in alio loco: Bonū autē mihi est magis mori, q ut gloriā meam quis euacuet: & cetera quae in hunc modū scripta sunt. Sed sciendū q omnis illa gloriatio ad crucē relata, gloria crucis sit: & quicquid dignū in uirtutib⁹ perpetrāt, hoc fieri ob domini passionē.

¶ Neq em circumcissio aliqd est. Quomō fidelis & infidelis, cum unus sit per substantiam, in duos diuiditur iuxta intelligentia diuersitatem, Apostolo dicente: Expoliantes uos ueterem hominem cum operibus eius: & induentes nouū, qui renouatur in cognitionē iuxta imaginem creatoris: sic & mundus cum scdm substantiam unus sit, scdm sensum alius atq alius efficitur. Peccatori, mundus uetus est: sancto, nouus. Cum enim sancto mūdus fuerit crucifixus: nequa est ei circumcissio & praeputiū: non iudaeus neq gentilis, sed noua creatura: in quā transfiguratur corpus hū militatis nostrae, cōforme corporis gloria christi: Vetera quippe transierunt: ecce facta sunt omnia noua. Et quod alia est glia solis, alia lunae, alia stellarū: Stella qppe a stella differt in gloria: sic & resurrectio mortuorū. De qua & Daniel pari uoce cōcordat dicens: Plurimi dormiēt de

terraz

2. Thess. 2. a

Ibidem. 5. d

Col. 4. d

1. Cor. 1. b

Ibidem. 16. d

Gal. 6. c

G

H

10. 16. g

1. Cor. 16. d

2. Cor. 11. a

1. Cor. 9. c

Col. 1. b

1. Cor. 15. a

Dan. 12. a

A terra puluere surgēt: hi in uitā aeternā: & hi in opprobriū & in cōfusione aeternā: Et intelligētēs fulgebūt sicut splendor firmamētī: & de iustis mlti sicut stellae in sempiternū. Neq; em̄ in sole & luna, firmamēto & stellis, circūcisio aliq; ualeat, aut praputium: sed est noua cōditio sine his parti-

bus corpore, quae pos-
sunt secari. Ita igit̄ &
nos q; diligim⁹ deū &
prapata sunt nobis q;
nec oculus uidit nec
auris audiuit, nec in
cor hoīs ascēderūt: cū
de corpore humilita-

a Et quicūq; hanc regulā sequūtur, pax sup illos & mise-
b ricordia & sup israel dei. **De cetero** nemo mihi molest⁹
c sit. **Ego** em̄ stigmata dñi iesu in corpe meo porto. **Gra-**
d tia dñi nostri iesu christi cū spiritu uestro fratres amen.

tis transformati fuerimus in corpus gloriā domini iesu christi: illud habebimus corpus quod nec iudaus possit incidere: nec cum praputio custodire gentilis. Non qd aliud iuxta substantiam sit: sed quod iuxta gloriam sit diuersum. Oportet em̄ mortale hoc induere immortalitātē, & corruptiū hoc incorruptione uestiri. Huic quid simile & beatus euangelista iohannes sentiens est locutus:

a. Io. 3. a Charissimi, nūc dei filij sum⁹: & necdū manifestū est qd futuri sum⁹: Scim⁹ qd si manifestatū fuerit, similes ei erim⁹: quia uidebimus eū sicut ipse est. Quia ergo necdū manifestū est illud corpus gloriā iesu christi: qd & uestigia clauorū post resurrectionē habuit: & clausis ianuis est ingressus: nos qui iam nūc in baptismo christi cō-
a. Co. 15. g resurrexim⁹, in nouū renati hominē, nec circūcisioni, nec praputio seruiam⁹: sed qd futuri sumus, iā nūc nos esse credam⁹. **a. Et qd cūq; hanc regulā rē.** Ad normā omnia dirigit̄: & utrū pua recta ue sint, cū reglā appositā fuerit arguunt. Ita & doctrina dei quaedā q̄li norma sermōis est: quae inter iusta iudicat & iniusta: quā q; secur⁹ fuerit: habebit pacē in semetipso quae supat omnē sensum: & post pacē, misericordiā quae prapua est in dei israel. Dei igit̄ israel dictus est, ad distinctionē eius q; dei israel esse cessauit. Pūc em̄ se esse iudaos & nō sunt, sed mētunt̄: cum sint de synagoga satanae. Nec mireris si ad imitationē spiritalis israel, carnalis sit isrl, q; nec pacē habeat nec misericordiā: de quo & ad corinthios scribit̄: Videte isrl scdm carnē: cū ad imitationē quoq; dei & dñi, multi sint dñj & multi dñi, siue in coelo siue in terra. Pulchre aut̄ uno sermone ut epistolā iuxta ppositū argumentū finiret, israel dei uocauit: exo scilicet omnia quae supdicta sūt, nō extra causā, sed ex causa disputata doceant̄. **b. De cetero nemo mihi molestus sit.** Non q̄li defecerit in docēdo, sed q; & agricola hūc habeat laborē: si quae plātauerit uirgulta sic sent̄: & pastor sollicitudinē si pecora quae cōgregauerat dissipata lanient̄. Meli⁹ ergo in graco legi: De cetero la-

bores mihi nemo exhibeat: ne rursum scilicet in uobis necessitatē habeā laborādi. Laborē pstat m̄gō q; aliter & uiuit & sentit, quā maḡ & docuit & fecit. Pōt & contētio, nē eorū si q; contradicere deinceps uoluerint prauenire, qd etiā ad corinthios in uelādo mlieris capite, & masculi

nō uelādo, post multa cōplexus est dicēs: Si qs aut̄ uidet cōtentiosus esse: nos talem cōsuetudinē nō habemus neq; ecclesia dei: hoc est, nos diximus quae nobis honesta ui-

debanē & iusta: si quis autem nolens acquiescere ueritati, quārit quid respondeat, & quibus nitatur cōtra: sciat se responsione nō dignū, qui magis cōcedere paratus est qd doceri. **c. Ego em̄ stigmata dñi iesu in corpe meo porto.** Qui post aduētū christi in carne circūcidit̄: nō portat stigmata dñi iesu, sed habet gloriā in cōfusione sua. Qui igit̄ in plagis supra modū, in carcerib⁹ frequēter: ter uirgis casus ē: semel lapidat⁹ est: & cetera quae in Catalogo scripta sūt gloriā dñi iesu in corpe suo portat. Forte & is q; macerat corp⁹ suū & subicit seruituti: ne alijs pradicās ipse reprob⁹ inueniat̄, portat stigmata dñi iesu in corpe suo. Latēbant & apli q; digni fuerāt p noie iesu cōtumeliā pati. **d. Gratia dñi nostri iesu christi cum spū uestro frēs amen.** Nō dissēlio, nō legis serui⁹, nō rixa, nō iurgium, sed grā dñi iesu christi sit cū ipū uestro: Neq; cū carne, neq; cū ania: siue qd spūales facti, caro & ania esse desistis: siue qd in principali etiā ea quae minora sunt cōprehēdant̄. Ania em̄ & caro subiecta sunt spūi. De q; & Ecclesiastes loq;: Spūs reuertet̄ ad eū q; dedit illū. Et Paul⁹ in alio loco: Ipse spūs testimoniū phibet spūi nro. Hāc aut̄ grā dñi iesu nō cū omib⁹ est, sed cū his q; frēs ab aplo merent̄ uocari, frēs fideles, frēs germani: qd amen uerbū significat̄ hebraeū. Amē em̄ Lxx. interptes fiat: Aqla, Symmach⁹ & Theodotio, fideliter siue uere interpretati sūt. Et quō in ueteri testamēto qdā iurādi cōsuetudine de⁹ sua yba cōfirmat, dicēs: Viuo ego dicit dñs: p sc̄tōs q; iurāt, uiuit aia tua: ita & saluator noster in euāgelio p ybū amē uera esse quae loquit̄ ostēdit. **d. Amen** cōsensum significet audietis, & sit signaculū ueritatis, ad corinthios q; prima nos docet: in q; Paul⁹ ait: Ceterū si bñdixeris spū: qs supplet locū idiotae: Quō dicit amē sup tua bñdictione: qm̄ qdē nescit qd dicas: Ex q; ostēdit nō posse idioten rñdere uerū esse qd dicit̄: nisi intellexerit qd docet̄.

2. Cor. 11. c

1. Cor. 9. d
Act. 5. g
Gal. 5. d

Ecc. 12. c
Roma. 8. c

Num. 14. d

1. Cor. 14. c

Comentariorum in epistolā ad Galatas finis.

**DIUI HIERONYMI PRESBYTERI IN EPISTOLAM AD EPHESIOS
AD PAULAM ET EVSTOCHIVM PROEMIVM.**

Si quicūq; est Paula & Eustochiū, qd in hac uita sapientē uirū teneat, & inter pressuras & turbines mūdi a quo anio manere psuadeat: id esse uel primū reor, meditationē & scientiā scripturarū. Cū em̄ a ceteris animatib⁹ hoc uel maxime differam⁹, qd rationale animal sum⁹, & loq; possim⁹: Ratio aut̄ omis & sermo, diuinis libris cōtineat̄: p quos & deū discimus: & qre creati sum⁹, nō ignoramus: miror qdā extitisse q; aut ipsi se inertia & somno dātes, nolint quae praelata sūt discere: aut ceteros q; id studiū habent reprehēdendos putēt. Quib⁹ cū possum disticius rñdere: & breuiter eos uel offensos dimittere uel placatos, multo esse meli⁹ scripturas legere q; augēdis & cumulādis opibus inhiare: Illud dicā, qd uel apud iniquissimū iudicē obtineā: placere mihi ociū meū: & solitudinē omi celebritate iucūdiore uideri. Et quō ego nō reprehendo, nō glāno qd faciūt: ita illos ineptias meas mihi debere cōcedere. Parū eloquēs sum, qd ad te differtiorē lege. Nō digne grāca in latinū trāsserō: Aut gracos lege: si eiusdē linguā habes scientiā: aut si tantū latin⁹ es: noli de gratuito munere iudicare, & ut uulgare puerbiū est: Equi dētes inspicere donati. Nunqd te manu cōserta in ius traho: quia nra nō scribas: Me impitior quisq; lecturus est: tua forsitan dicta si scripseris, Tullius admirabit̄. Nunqd aut̄ Tertullian⁹ beatū martyrē Cyprianū: aut Cyprian⁹ Lactantiū: aut Lactantiū Hilariū deterruit a scribēdo: Taceo de ceteris minutalibus q; mecū in libris suis garriūt. Nisi & parua fuerint, magnā eminare nō pnt. Primū nō dicif, nisi secundū seqtur & tertium. Ad sūma nō scandimus, nisi p ima gradiamur. Quāobre obsecro tam uos quae in praesentiarū estis, q; sanctā Marcellā unicū uiduitatis exēplar, ne facile maledicis & inuidis opuscula mea tradatis: neq; detis sanctū canibus: & margaritās mittatis ante porcōs. Qui cū bona imitari nō queāt, qd solū facere pnt inuident: & in eo se doctos erudi-
tōsq; arbitrant̄, si de alijs detrahāt: Quib⁹ obsecro rñdeatis ut figāt ipsi stilū: tria ut dicif uerba cōiungāt: sūdēt paululū: experiant̄ semetipsos: & ex labore pprio discāt ignoscere laboratib⁹. Scitis em̄ & ipsae qd ad hoc me explanationū opus, inuitū & retractantē cōpuleritis. Nō quo ab adolescētia, aut legere unquā, aut doctos uiros ea quae nesciebam interrogare cessauerim: & meipsum tantū (ut plariq;) habuerim magistrū. Deniq; nup ob hanc uel maxime causam Alexandria prexi, ut uiderē Didymū, & ab eo in scripturis omib⁹ quae habebā dubia sciscitarer. Sed cū aliud sit proprios libros cōponere: uerbi gratia: de auaricia: & de fide: de uirginitate: de uiduis: & sup unaquaq; materia testimo-

Commen. Hieronymi liber primus

Enij scripturarū hinc inde quæsitis, eloquentiā iungere secularē: & pene in cōmunibus locis, pompaticū iactare ser-
monē. Aliud in sensum pphetæ & Apostoli ingredi: intelligere cur scripserint: qua sententiā suā ratione firmauerint: qd
habeant in ueteri lege propriū, Idumæi, moabitæ, ammanitæ, tyrii, philistiim, ægyptij, & assyrj: Quid rursus in no-
uo testamēto Rhomani, Corinthij, Galatæ, Philippenses, Thessalonicenses, Hebræi, Colossenses: & quā nūc ad Ephesios
epistolā habemus in manib⁹. Necesse est eū ut iuxta diuersitates locorū & temporū, & hominū qbus scriptæ sunt,
diuersas & causas & argumenta & origines habeant. Et quō beatus Ioannes in Apocalypsi sua ad septē scribēs eccle-
sias, in unaquaq; earū specialia uel uita reprehēdit uel uirtutes pbat: ita & sanctus ap⁹ Paulus p singulas ecclesias
uulneribus medeī illatis: nec ad instar imperiti medici uno collyrio omniū oculos uult curare. Et quia iam ad Gala-
tas orātibus uobis ante paucos dies qd nobis uidere expressimus: Nunc ad Ephesios transeūdū est, mediā apli epi-
stolā, ut ordine ita & sensibus. Mediā autē dico, non quo primas sequēs, extremis maior sit: sed quō cor animalis in me-
dio est: ut ex hoc intelligatis quantis difficultatibus: & q̄ pfundis quæstionibus inuoluta sit. Scribebat ad Ephesios
Dianā colētes, nō hāc uenatricē quæ arcū tenet atq; succincta ē: sed illā multimāmiā quā græci πολυμυαθορ uocāt: ut
scilicet ex ipsa q̄ effigie, mētirent omniū eā bestiarū: & uiuētū esse nutriticē. Scribebat autē ad metropolim asiæ ciuitatē
in q̄ ita idololatria & qd sēp idololatriā seq̄ artū magicæ: præstigia uiguerāt, ut Demetri⁹ diceret, & magnā deā tē-
plū Dianæ in nihilū reputabi: destruet q̄ magnitudo ei⁹ quā cūcta asia & uniuersus orbis colit. Deniq; triēnio ibi
Ap⁹ morat⁹ est: nocte & die dei euāgeliū prædicās, ut idololatriæ arce destructa, facile minorū urbiū tēpla capere-
r. Hoc ipsum scriptura refert quō Paulus ad Ephesios sermocinet, dicēs: Quapropter uigilate, recordātes q̄a triennio
nocte ac die nō cessauī cū lachrymis monere unūquēq; uestrū: & nūc cōmēdo uos deo & uerbo gratiæ ei⁹, q̄ potēs est
ædificare & dare uobis hereditatē in sanctificationis omnib⁹. Indigebāt eū cōmēdatione apli ad deū, quos tāto tēpore
demonū error tenuerat: & sciebāt esse spiritales aliq̄s potestates: & in extis atq; augurijs & diuinationib⁹ quādā simi-
litudinē diuinitatis agnouerāt. Vnde rursus ad eos loquit⁹: Propter qd cōtestor uos in die hac: q̄a mūdus sum ego
a sanguine omniū. Nō eū subtraxi q̄ min⁹ annūciare uobis oēm uolūtātē dei. Et in alio loco: Quō nihil subtraxerim
eorū quæ uobis pderant, qn annūciare & docere publice & domesticē. Legerant in Ezechiele qd speculator q̄ popu-
lo hostiū nō prædixisset aduentū, sanguis ciuiū exigere de manib⁹ eius: & ppter ea omne se uolūtātē dei & uniuersa
quæ illis utilia forent annūciasse memorauit: ut liber esset a sanguine eorū. Vt autē sciatis eos qui in Epheso credide-
rāt, dæmoniis præstigijs & magia fuisse artib⁹ obligatos: in eisdē ap⁹ artib⁹ replicat & dicit: Plurimi q̄ eorū q̄
curiosa gesserāt, cōportātes libros, cōbuserūt corā omib⁹: & cōputauerūt preciū eorū, & inuenerūt argētī qnq̄ginta
milia: sic potēter uerbū dñi crescebat & cōfortabat. Hæc idcirco uniuersa replicauim⁹, ut ostēderemus quare Ap⁹
in hac uel potissimū ep̄la obscuros sensus & ignota saculis sacramēta congesserit: & de sactarū contrariarūq; uirtutū
docuerit potestate qui sint dæmones, quid ualeāt, qd ante fuerint, & quō post aduentū christi sunt diruti atq; destru-
ti. Ne qb⁹ ait: Nō est nobis pugna aduersum carnē & sanguinē, sed aduersum principat⁹ & potestates: aduersus res
tiores tenebrarū istarū: aduersum spiritalia neq̄ia in cōlestib⁹. Et in alio loco: Permanebo autē Ephesi usq; ad pentē-
costen. Ostiū eū mihi apertū est magnū & efficax, sed aduersarij multi. Permāsit autē Ephesi usq; ad pentēcosten: tēpus
laticia atq; uictoria, q̄ nō fleat⁹ genua, nec curuamur in terrā, sed cū dño resurgētes ad cōlorū alta sustollimur. Et
pmanit: q̄a apertū ei erat ostiū, & nō ostiū modicū sed magnū: ut uincto forti atq; supato, domū ei⁹ inuaderet, spolia-
ret, euerteret, & captiua duceret captiuitatē: q̄ satellitū suorū agminib⁹ cōgregatis, tota cōtra aplm acie dimicauit & ui-
ctus est. Qui sint autē ephesij, & hinc uel maxie cōprobat, qd sicut Ioānes mysteriū natiuitatis antiquæ dñi relatur⁹ in
pect⁹ ei⁹ recubuit: & de purissimō fonte hausit riuulū doctrinæ: ita & hi in abecūtis Pauli collū ruētes: osculis atq; cō-
plexib⁹ suis idicauerūt unū se cū eo sciētiā habere thesaurū, & mēri desyderiū lachrymis cōtestati sūt. Illud q̄ in p̄fa-
tione cōmoneo: ut sciatis Origenē tria uolumia in hāc ep̄lam cōscripsisse: quē & nos ex pte secuti sum⁹. Appollinarē
etiā & Didymū q̄sdā cōmentariolos edidisse: e qbus licet pauca decerpimus, & nōnulla quæ nobis uidebant adieci-
mus siue subtraximus, ut studiosus statim in principio lector agnoscat hoc opus, uel alienū esse uel nostrū.

COMMENTARIORVM HIERONYMI IN EPISTOLAM AD EPHESIOS LIBER PRIMVS

Paulus apostolus iesu christi per uolūtā. 22. Si
per, præpositio ministeriū ei⁹ p quē res agit



Io. 6. e illā sententiā sensus iste
cōgruere: Nemo ue-
nit ad me nisi p me⁹
attraxerit eū ad me.

Atq; ita fiet: ut illud
qd in Ioānis euāgelio

legit: Omnia p illū facta sūt: haud dubiū qn p filiū, nō præ-
iudicat dño nō iesu christo, q̄ ex eo minor sit, qd patris
obteper uolūtati: quō & nūc nō p iudicat p̄i, qd p uolū-
tatē illi⁹ Paul⁹ ap⁹ iesu christi sit. Alij ʒo ita locū istū intel-
ligūt: ut Paulū aplm iesu christi p uolūtātē dei q̄ sit chri-
stus oñdi putēt: Vt sicut sapiētia & ʒbū, & uirt⁹ dei, & ue-
ritas & resurrectio, & uia dicit⁹: ita etiā uolūtās appellet⁹.
Nōnulli nihil referre existimāt: utrū p uolūtātē dei, an ex
dei dixerit uolūtātē: q̄a his præpositiōib⁹ Ap⁹s in differē-
ter utat⁹: & idip̄sū significare p uolūtātē dei, qd si dixisset
ex uolūtātē dei. b. Sanctis omib⁹ qui sunt ephesi. Qui
dam curiosius q̄ necesse est, putant ex eo qd moysi di-
ctum sit: Hæc dices filiis israel: Qui est, misit me: etiā eos
qui in Ephesi sunt sancti & fideles, essentia uocabulo nū-
cupatos: Vt quō a sancto sancti, a iusto iusti, a sapiente sa-
piētes: ita ab eo q̄ est, hi qui sunt appellenē: & iuxta eūdē
apl̄m elegisse deū ea quæ nō erāt: ut destrueret ea q̄ erant.
Ipsam etiam scripturā quæ in testimoniū adducta est, ita

Exo. 3. d



Paulus ap⁹ iesu christi p vo-
lūtātē dei. Sanctis omib⁹ q̄ sūt Ephesi: & fi-
delib⁹ in christo iesu. Grātia uobis & pax a
deo patre nostro & domino iesu christo.

Benedictus

edisserūt: ut destructionē eorū quæ erāt, ex cōsequētibus
intelligam⁹. Vt nō inq̄ gloriæ omis caro in cōspectu dei.
Si eū autē q̄spia ex eo qd nō erat, in id qd ē a deo esse p̄fi-
ciēs, nō datori gratiā referat, sed sui meriti & uirtutis asti-
met qd subsistat, statim qd ē esse destrui, & icipit nō esse

qd fuerat. Alij ʒo sim-
pliciter, nō ad eos qui
sunt, sed q̄ ephesi san-
cti & fideles sint, scri-
ptū arbitrat⁹. c. Et
fidelibus in christo iesu.
Qm sanctificata
est mulier infidelis in
fratre fidei: & uir infi-

delis sanctificatus est in muliere fidei. Et sunt uasa q̄p san-
cti: & mutæ pecudes quæ deo mactantur in templo: pro-
pterea eos quos sanctos dixerat, uocauit & fideles: q̄a fi-
des ex mētis propriæ descēdit arbitrio: sanctificatio uero
ex sanctificantis interdū, absq; uolūtātē nostra sumit lar-
gitate. Qd autē ait, fidelibus in christo iesu: & hoc ad di-
stinctionē diligētissimā obseruationis est positum. Sunt
quippe plures fideles, sed nō in christo iesu. Si quis red-
dat depositū, si quis cōmodata nō abneget: fidelē se ami-
cum exhibeat: animā magis q̄ fidem paratus sit pdere:
qd de nōnullis philosophis legimus: & ne illi satis glo-
riarentur: atheniensis meretrix perpetravit: iste quidem
fidelis est: sed non est fidelis in christo iesu. d. Grātia
uobis & pax a deo patre nostro & domino iesu christo. Si-
ue ambo ad utrumq; hoc est, & gratia & pax: tam ad deū
patrem q̄ ad dominum nostrum iesum christum: siue
ad singulos referenda sunt singula: ut gratia ad deum
patrē, pax uero referatur ad christum. Si quidem statim
sequitur